



In canticum cantorum salomonis. : Quod est typus Christi & Ecclesiæ Expositio Mystica

<https://hdl.handle.net/1874/421182>

INCANTICVM
CANTICORVM
SALOMONIS.

Quod est typus Christi & Ecclesie
Expositio Mystica.

JACOBI BROCARDI

Nunc primūm scripta & in lucē edita.

Et

Dedicata Illustri & generoso Domino IACOBO SEGVARIO PARDELIANO Sere-
nissimi Regis Navarrheni legato & inte-
rioris Confilii praefecto.
Cum Epistola D. Christophori Pezelii ad
eundem Dominum SEGVIRIVM.



B R E M A E

Exudebat Theodorus Gluichstein.

ANNO C I O I D X X C V .

MAGNIFICO ET GE-
NEROSO DOMINO JACOBO SE-
GUERIO PAR DELIANO: SE-
renissimi Regis Navarrheni, Consilii ac domus
prefecto: Ejusdemq; ad principes Evangelicos
Legato dignissimo: pietate, sapientia, virtute,
Et magnanimitate heroica prstanti, Do-
mino suo colendis-
simo.



Alde latus sum, Ma-
gnifice & Generose
Domine, postquam in-
tellexi, te Deo clemen-
ter ducente ac protegē-
te, salvum atq; in columem in Angli-
am pervenisse. Etsi enim, ut scribis, nō
sine periculo navigare tanto itinere
potuisti: ventosq; ac tempestates gra-
viter nonnunquam tibi adversantes
habuisti, eo præsertim anni tempore,
quo, ut est apud Poëtam:

Παντοιων ἀνέμων Θύγοιν ἀπῆλει
εὐθὺν πλησίαδεσ σθένος ὄμβριμον ἀρίστων
Φεύγοιν, τιπίχοιν ἐσήροεν λεια πόνιον:
tamē tantò majorem animo læticiam
A 2 concepi,

concepi, de felici tuo in Angliam redi-
tu, quò illustriora præsentia ac prote-
ctionis divinæ testimonia in tota hac
tua profectione expertus es. Rectè e-
nim Prosper :

Sæpè quidē Domīnō sic cūcta adversa repellit.
Ut nullo affligi vulnere possit homo:
Sed mirabilior tunc est manus omnipotentis.
Illata afflictum, cùm mala non superant.

E quidem quoties de te, post tuum
à nobis discessum, cogitavi: quoties
publicè privatimque de tua incolumi-
tate vota ad D E V M feci: quoties de
causa amplissimæ legationis tuæ ser-
monem cum amicis contuli: sæpissimè
mihi in memoriam revocavi, generosi
ac verè Christiani pectoris tui vocem
plenam pietatis, & firmæ ac solidæ er-
ga DEV M fiduciæ, & optimæ conscienc-
tiæ & integritatis tuæ testem: cùm in
postremo mecum colloquio, gravi ac
constantí vultu & ore diceres: C E R T O
T E S T A T V E R E Q U O D I N H A C
L E G A T I O N E D E O C V R E S I S:
tum quia caussa sit sancta, quam Sere-
nissimi tui Regis nomine agas; tum
quia

quia in ea ipsa pēragenda unius D E I
gloriam, & Ecclesiæ C H R I S T I salu-
tem spectes : nullo vel honorum, vel e-
molumentorum, vel ullius rei privatæ
tuæ respectu. Addebas tūm etiam a-
nimo tuo persuasissimū te habere, tibi
quoque ratam atque indubitatem fo-
re immotam veritatem divinarū pro-
missionum, quibus præsentiam ac tute-
lam suam, D E V S ambulantibus in viis
suis benignissimè pollicetur. Ex qua-
rum promissionum cumulo delectari
in primis videbaris commemoratione
Psalmi 25. & 91. quorum non tantū
verba atque sententias integras : Sed e-
tiam rem ipsam, id est, consolationis
vivificæ sensum de providentia D E I
singulari, excubantis pro suorum salu-
te, intimo tuo pectori penitus infixum,
atque insculptum esse semper perspexi.

Sæpè etiam ad meipsum erigendū,
ac confirmandū recordor alterius cu-
jusdam heroici & memoria dignissim
apophthegmatis tui, quo cùm cogno-
visses structas tibi passim locorum insi-
dias à Pontificiis contra jus omne divi-

num & humanum, quo sacrosancti &
inviolabiles legati, pacis præsertim tē-
pore esse debebant: & aut nulli, aut
per pauci essent, qui veteris Germaniæ
libertatis, dignitatisque Imperii me-
mores, cura rerum istarum serio affi-
rentur: Et necessarius tamen de causis
ad superiora Germaniæ loca redeundū
tibi esset: minimè quidem pericula tua
negligere te dicebas, quæ & proposita
tibi esse intelligeres: & in his, tantum
non deserit te ab illis doleres, à quibus
minimè fieri debebat: Omni tamen af-
severatione confirmabas: velle te vo-
cationem tuam, quam ex DEO esse scr-
res, quanto posses studio, persequi, ne-
que vel Romani Pontificis: vel po-
tentissimorum hostiū, qui ab illius nu-
tu penderent, insidias, aut violentiam
sic extimescere, quin DEI unius præsi-
dio, atque tutela tutum te fore spera-
res. Cur enim, dicebas, metuerem ho-
mines in causa tali, ad DEI gloriam, &
Ecclesiarum CHRISTI conjunctio-
nem salutarem pertinente? Cùm Dia-
bolum ipsum, hostem piorum omnium
implac-

implacabilem metuere divinitus prohibeamur? Hujus ego callidissimi, rabi-
osissimi, potentissimi hostis astutā, &
vires, cùm (si verè Christianus esse ve-
lim) timerem, non debeam: cur à tramite
recto vocationis meæ, insidias, odia, &
molitiones injustissimas hominum ini-
micorum, quantumvis ad nocendum
instructissimorum, revocare me pati-
ar? Antichristum ne ego & huius ser-
vulos timerem, qui C H R I S T I no-
men professus, Diabolum s eculi hujus
principē contēnere, Deo juvāte didici?

Hæc vox cum Apostolico illo con-
gruens: Major est qui in vobis, quām
qui in mundo: Et, omne quod ex D E O
genitum est, vincit mundum: Et, hæc
est victoria, quæ vincit mundum: Fides
nostra: ita tūm animum meum pene-
trabat, ut & gratularer tibi summope-
rè, invictum hoc Christiani pectoris ro-
bur: & D E V M vero gemitu precarer,
ut magis magisq; in te augeret Spiriti-
tum fortitudinis, & securitatem tibi tu-
isque præstaret in profectione pericu-
losissima. Ex qua, cum insidiis pluri-

morum vitatis, non sine miraculo divi-
no incolumis ad nos reversus esses, non
potuit non in animo meo tuum quoq;
exemplum confirmare sententiam tot
promissionibus divinis traditam.

Fidentem nescit deseruisse D E v s.

Et quia in hanc commemoratio-
nem ingressus sum: omnesq; pii præ-
teritis eventibus mirificè confirmari
solent, adversus insultus futurorum pe-
riculorum, quibus vita nostra assidue
obnoxia est: non possum silentio præ-
terire mentionem illius divinæ libera-
tionis, quæ tibi inter prima statim ini-
tia susceptæ legationis tuæ contigit,
cùm te non procul ex Gallia cum co-
mitibus tuis egressum naufragium ex-
cepit, presentemq; tibi intentarunt
omnia mortem. Vbi tamen ex summo
illo periculo, teq; comitesq; tuos &
res quas tecum ferebas universas, De-
us benignissimè conservavit. Quod
Dei beneficium tantò fuit majus, atq;
illustrius, quò felicius etiam alterum
illud periculum divinitus discussum
fuit, quod te, vix eluctatum ex naufra-
gio,

gio, mox eodem illo tempore, non si-
ne magna tuorum comitum consterna-
tione excepit: Cùm in cymbulas tu-
as, in quas te tuaq; transportâras, im-
petum accerrimum piratæ facerent:
Qui tamen supervenientibus navibus
Scoticis: (quæ ut tibi ignotæ: Sic tu
tuiq; illis ignoti eratis) evestigiò Pani-
co quodam terrore fracti, fugam capes-
sere coacti fuerunt: Deo ex improviso,
& verè, vt dicitur, ἀπὸ Μηχανῆς auxili-
um tibi ex alto præbente: & dissipante
ac velut corvos hiantes eludente pi-
ratas illos, qui animo suo jam devorâ-
rant te, & thesauros tuos, quos tecum
in Germaniam ferebas, jussu Serenissi-
mi regis tui: Quos postea cum ad nos
appulisses his meis oculis cōspexi: &
miratus sum, tantam gemmarum pre-
ciosissimarum copiam: tantum clino-
diorum præstantissimorum numerum:
tantam deniq; auri vim à rege optimo,
& re ipsa Christianissimo vltiò offer-
ti Germaniæ, non modò pignoris certif-
fimi, sed etiam subsidii liberalissimi le-
co, ad testificandam piissimam volun-

tatem suam , & Zelum flagrantem in
juvandis Ecclesiarum Evangelicarum
rebus communibus.

Quæ sancti regis pietas atq; libe-
ralitas, quò maiori laude digna est ad
omnem posteritatem : Tantò magis
Dei quoq; benignitas prædicanda est,
qui thesauros illos opulentissimos, ne-
quaquā vel naufragio perire, vel piratis
prædæ esse voluit, teq; cū omnibus tu-
is, quos comites tibi adjunxeras, ex fau-
cibus mortis ereptos, salvos in Ger-
maniā adduxit.

Vbi quanta cum dexteritate, labo-
re, studio, solicitudine, fide, & integri-
tate, negotia legationis tuæ: ad nul-
lius hominis injuriam pertinentia:
Sed ad pacem, quietem, & coniunctio-
nem Ecclesiarū spectantia, apud prin-
cipes Euangelicos tractaueris : Testes
sunt ipsorum regum & principum li-
teræ , quibus Serenissimo regi tuo re-
spondent. Testes sunt etiam viri docti
& honorati pleriq; , non modò in au-
lis , sed in Rebuspub. quoq; , ad quas
accessisti, qui neq; laudem pietatis re-
giæ :

giæ: Neq; virtutum tuarum memori-
am, vllis vnquam sœculis intermori
apud se patientur.

Quanquam verò mora aliqua
temporis intercessit hactenus, & forte
deinceps impedimenta non deerunt,
antequam negotia, quorum causa le-
gationem susceperas, ad optatum fi-
nem atq; exitum plenè perducantur,
ut nullæ unquam res magnæ, simul &
inchoatæ & perfectæ fuerunt: Tamen
& voluntatem vestrarum Ecclesiarum,
pacis atq; concordiæ cupidam, homi-
nibus nostris innotuisse in hac quoq;
legatione tua vehementer prodest:
& animos plerorumq; Principum
Germanicorum, à mutua Ecclesiarum
Euangelicarum conjunctione non ab-
horrere, scire vestros plurimum refert:
vtcunq; malè feriati Theologi quidā,
qui ambitionem, & alias suas cupidi-
tates injustissimas saluti publicæ ante-
ponunt, non desinant vociferari con-
tra, Synodos? & intemperie sua exaspe-
rare controversias de religione exor-
tas, & brutis fulminibus anathematum
ferire

ferire tot capita innocentum homi-
num, & tot Ecclesias, quæ apud vos
sunt, neq; auditas, neq; convictas un-
quam legitimè.

Quorum *λόγιον μαρτυρίου* Tribunitiis
clamoribus (quibus ad intelligentes
omnes satis liquidò ostendunt, quanto-
perè causæ suæ diffidant) ipsorum quo-
que principum, qui in Germania præ-
cipuæ authoritatis sunt, testimonia de-
vestris Ecclesiis longè mitiora jure ac
meritò opponi debent. Quale vel hoc
unum est, quod in literis Electoris
Saxonie ad ipsum Galliarum Regem,
cum magna piorum & recte judicanti-
um omnium laude & approbatione,
his ipsis verbis expressè ac disertè per-
scriptum extat. Fideliter ac diligenter
monemus, rogamus, & obtestamur:
Ne aures Regiae seditionis perditissi-
morū hominum vocibus pateant, nè
incitari se ab his patiatur contra SVOS
FIDELES, ET PIETATIS VERAE AMAN-
TES CIVES, qui omnia hactenus passi-
sunt, ut & DEO Optimo Maximo ho-
norem suum, & Serenitati Regiae ve-

stræ

fræ obedientiam, & subjectionem de-
bitam præstarent: Quos, pestes istæ ho-
minum Pontificiæ ob hanc solam cau-
sam oderunt, & funditus extirpatos ve-
lunt, ut exhaustis & proculcatis regni
Galliæ viribus Seien: R. V. cum sum-
ma sua, tam rerum, quam existimati-
onis, & quod caput est, animæ etiam
jacturâ irreparabili, Pontificis Roma-
ni Tyrannidi & libidini exponatur &c.
Quibus prorsus similia sunt quæ in Se-
renissimi regis Daniæ ad eum ipsum
Galliarum regem literis continentur.

Viderint igitur istæ hominum
pestes, non modò Pontificiæ, sed eti-
am ex hoc Theologorum ambitiosorū
genere, qui principum authoritate ha-
ctenus per Germaniam abusi sunt,
quam longè absint ab his ipsorū Prin-
cipum judiciis: Cùm Ecclesias vestras
etiamnum ementitis atq; confictis
criminibus onerare: Et vias atq; ratio-
nes omnes legitimæ pacis, & concor-
diæ in Ecclesia sanciendæ idoneas (in-
star phreneticorum insaniæ suæ reme-
dia aversantium) furiose aspernantur

ac re-

ac respiunt. Sed nisi aliud mereantur peccata nostra, non proficiunt tandem isti : Et fiet amentia ipsorum, secundum Paulum, evidens omnibus, & erumpet aliquando, vel invitis Diabolis fructus piorum conatum Serenissimi Regis tui, qui per te pacem querit Ecclesiarum, si recte prius dijudicetur controuersia. Quam spem felicis messis nequaquam hoc nobis excutere debet, quod semina pacis & concordiae, in hac legatione tua sparsa, aliquantisper latere videntur. Nam & natura ipsa aliud sementis, aliud messis tempus esse voluit.

De quo mihi cogitanti, s̄apenum
merò in mentem venit pulcherrimi il-
lius dicti Nazianzeni : Qui Oratione
in laudem Cypriani habita : Diuina,
inquit, sapientia magnarum rerum
fundamenta multò ante jacere, ac con-
traria per contrariaprocurare novit: ut
majorē sui admirationē mortalib⁹ exci-
tet ὅτι πόρρωθεν καλαβάλεσθαι μεγάλων
πραγμάτων ή θεῖα σφίσια τὰς ὑποθέσεις

καὶ δία τῶν ἐναντίων τὰ ἐναντία σύνενομοῖς
ἴνα καὶ μᾶλλον θαυμάζεται.

Sed ut redeam cōvnde digressus
sum: Evidem & lætor toto pectori,
quod in eum usq; diem, quo ex An-
glia ad nos scripsisti, sospitem & sal-
vum te Deus conservauit: Et tibi de-
tot, tantisq; præsentiae divinæ testimo-
niis, quæ in tota legatione tua divini-
tus tibi sunt exhibita, vehementer
gratulor: Ac filium DEI Immanuelem
nostrum, & caput ac custodem fide-
lissimum Ecclesiæ suæ tecum oro, ut
& sanctissimis laboribus tuis indies
magis benedicat, & te diutissimè inco-
lumem servet: Itemq; corroboret Sere-
nissimum REGEM tuum, Iosiam alte-
rum. De cuius constantia & fortitudi-
ne in tuenda, ac profitenda vera reli-
gione luculentè nobis fidedignissi-
morum hominum literæ, etiam post
abitum tuum ex Germania testantur,
aduersus commenta vanissimorum
rum sculorum, qui te in Germania
adhuc præsente, ab improbis ac per-
ditis

ditis hominibus, ad impediendum suc-
cessum legationis tuæ, sparsi erant, in
multorum principum aulis: Quorum
aliquos scire, atq; perspectam & ex-
ploratam habere vanitatem istorum
rum sculturorum, & ut aliis tamen gra-
tificarentur, credere velle dicebas fa-
bellas, quas res atq; tempus (quæ filia
est veritatis) refutatura essent: Vt ha-
cenus quidem egregiè, DEO animum
Serenitatis Regiæ confirmante, nebu-
las omnes mendaciorum, pietas tanti
regis, fulgore, ac luce sua dispulit atq;
disjecit.

Vt autem persuasissimum habeo,
quòd is qui in te, & Serenissimo Rege
tuo bonum suum opus cœpit, idem
perficiet usq; ad diem I E S V CHRISTI:
Sic ad comprobandam celebrandam
que heroicā illam & sanctissimā vocē
tuam: qua in causa bona rectæ volun-
tatis conscientia non minus homines
impios, quam Diabolum ipsum, fidu-
cia præsidii Divini contemni à Chri-
stianis oportere eo tempore ad me di-
cebas, quo variæ tempestates pericu-
laq;

laq; in te impendere undiquaq; vide-
bantur : haud alium huic Epilogūm
aptiorem subiçere me posse existimō,
quām ut Psalmum illum nobilissimum
Martini Lutheri apponam, qui ut est
in Ecclesiis Germanicis decantatissi-
mus: Sic ad animum excitandum, ad-
mirabilē habet εὐέργειαν, quo te quoq;
suaviter affici memini, cùm partem
illius corām tibi aliquando recitarem,
rythmis Stigelianis hoc modo reddi-
tam.

Si mundus hic dæmonibus
Scateret sicut vermbus
Non timeremus anxiè
Vincemus tandem strenuè.
Princeps mundi superbiat
Ringatur atque insaniat
Nocere nescit nebulos
Cùm fractus sit vel verbulo.

Sed & totam eam cantionem non
piguit Sleidanum historiæ nostrorum
temporum his verbis expressam inse-
rere: Fim a nobis est arx & propu-
gnaculum, DEVS. Ille vetus humani
generis hostis, rem totis nunc viribus

B

agit,

agit, & omnis generis machinas adhibet. Nostra quidem est exigua potencia, neque tantum impetum dum sustinere possumus. Atqui pro nobis armi sumit & præliatur heros ille, quem sibi Deus ipse delegit. Si rogas, quis ille sit, scias esse CHRISTUM IESUM penes quem ut victoria sit atque triumphus oportet. Quod etiam si diabolis hec tota mundi fabrica redundaret, tamen non expavescimus, & certissima fiducia lætum expectamus exitum. Quamlibet enim fremat & graffsetur Satanas, nihil tamen in nos efficiet. Nam judicatus est, ac solo verbo concidit omnis illius armatura. Verbum hoc adversarii nobis non eripient, sed quantumvis inviti relinquunt. Versatur enim in castris acieq; nostra Deus, qui suo spiritu nos atque dominis protegit. Si vitam, si bona, si liberos, & uxorem auferant, patienter feras. Nam ipsis propterea nihil accedit, nobis autem est regnum paratum immortale.

Hanc

Hanc Epistolam priuatim ad te
scripsoram, Inclite ac generose Domi-
ne SEGVR, & ita quidem scripsoram,
ut quasi in præsenti colloquio agere
tecum viderer, animo ceu gestiente ad
nuncium faustum de incolumi reditu
tuo in Angliam: neque tamen refraga-
ri amicis debui, qui hanc veluti testifi-
cationem, non mei tantum, sed mul-
torum bonorum virorum veri ac non
simulati de tuis virtutibus judicii, καὶ
εὐφημίας typis impressam, præfigi vo-
luerunt libro: quem eodem hoc tem-
pore Dominus Brocardus prælo subje-
cerat: In quo ut tuis iussis satisface-
ret, Mysticum illud Salomonis canti-
cum interpretatione sua illustrare stu-
duit. Cujus lectionem, ut viris piis
ac doctis qui de summa rei candidè ju-
dicare volent neque inutilem neque
insuavem fore confido: Sic ne Epi-
stolam hanc testem meæ erga te obser-
vantiae & amoris gravem molestiamq;
tibi esse finas, meque ut solita tua be-
nevolentia constanter complectaris,
ea qua debeo reverentia rogo atque
oro.

Bene vale, Heros perpetua laude
ac celebratione omnium bonorum
dignissime: Et quod facis, in opus
Domini strenuè porrò incumbe; re-
cepturus aliquando coronam justitiae,
quam reddet Dominus in illo die, ju-
stus judex, tibi & omnibus qui dili-
gunt adventum eius. Bremæ Incho-
ante Anno Christi 1585. Qui ut toti
Ecclesiæ & Reipublicæ salutaris sit,
& nobis omnibus felix ac sanctus, in-
timis animi mei gemitibus à D^eo
precor.

Inclytam Tuam
Generositatem.

Sincerè colens
& amans

Christophorus Pezelius D.

AMPLISSIMO ET
clarissimo Baroni Jacobo Segurio
Pardeliano praefecto Regis
Navara S.

Nno 1579. & deinceps
sæpe efflagitasti à me, ut
scriberem aliquid in can-
ticum canticorum Salo-
monis. Ego autem qui &
debeam, & cupiam in o-
mnibus, quæ possim &
valeam, tibi obsequi, id semper recusavi pro-
pter duas causas maximè, quas tibi afferebam.
Primùm quòd expositio illius cantici mihi
tum videbatur esse solum eorum, qui essent
tempore pacis partæ in toto populo Christiano:
cùm Ecclesia fuisset adepta, suum spon-
sum, ut ipsa de se sua loqueretur propriè: &
qui in illa esset rapti præter cæteros in amo-
rem CHRISTI. Deinde in aliis libris, quo-
quo modo illos exposuerim, videbar impelli
ad scribendum, atque mihi in mentem dari
argumentum certum, sine mea magna medi-
tatione, & excogitatione. Quia verò in hoc
cantico non idem eveniebat, ut mihi subitò

B

occur-

occurreret, ut iu aliis libris, certa interpretatio: non audebam manum ad illud ponere. Factum est autem, postquam tu requisivisti à me summam quandam sacrorum librorum, ac essem in ipso opere, pervenissemque ad Sapientiam Salomonis: ut mihi viderer non præstare, quod petiisti, ni simul esset assumpta sententia illius cantici. & occurrebat pariter animo, quod tu diu contenderas à me & tuo nomine, & nomine Dominiæ de Rhoano Catharinæ, fœminæ præstantissimæ, cognitione rerum & linguarum præditæ, de canticu Salomonis. Itaque volui experiri quidnam Dominus datus esset, ut opus illud de summa sacrarum scripturarum, nō esset mancum & imperfectum, si liber hic unus Salomonis deesset. deinde ut tibi, & illi non satis laudatæ principissæ obsequerer, quod quidem videor debere facere, cùm tu vir unus & ipsa fœmina una extiteritis, qui statim auditæ fama de adventu Domini, animum ac mentem totam adhibueritis, ut certius cognosceretis in ejus operibus, ac sanctis scripturis ipsum adesse, atque ejus optatum adventum diligenteris. Videtur præterea (quod contemplando canticum sponsæ animadverti) adhibenda fuisse nūc ab omnibus contemplatio in eodem catico, ut appareat & constet quinam accedant ad amores sponsæ, & qui recedant ab illici. ut pius Rex Navaræ, & tu Pardeliane legatus

gatus his temporibus videmini illos animos
concepisse: & quemadmodum conceperis, ita
eosdem requisivisti inter adolescentulas fili-
as Ierusalem, & inter sodales sponsi. Et hic
meum erratum fateri necesse est, qui revoca-
rim ad futurum tempus, quod omnibus tem-
poribus faciendum fuit, quodque nunc à no-
bis omnibus debuit jam diu fuisse factum.
quod & factum fuit certa ratione, & ut tem-
pus ferebat ab aliquibus: qui debuerunt alios
excitasse, dum eventa rerum aperiebant plu-
ra in verbo DOMINI. De errato ergo meo mo-
nitus à te antè, & nunc illo à me perspecto, nō
solum, ut tibi & nobilissimæ matronæ satisfa-
cerem: accessi, ut audirem sp̄osam: perciperē
aliquid de ipsis & sponsi amoribus, deposi-
to quodam timore & certa verecundia, qua-
ducebar, forsitan non decora. Quantulum
cūque autē illud sit, quod perceperim, et si sic
minimum, magnus tamen nobis erit illius
fructus, quemadmodum fides, ut granum fina-
pis transfert montes. Et si majora erunt cog-
noscenda in eo cantico, percipient tempore
futuro, qui aderunt, illa: & nos nostra portio-
ne non privabimur si diligentes erimus, ut ju-
bemur, in contemplatione divinarum scriptu-
rarum. Ut antè s̄p̄e expertus sum, etiam
nunc didici in hoc cantico, dum sumus dili-
gentes, & amatores verborum DEI, si non o-
mnia, non pauca tamen nobis aperiri, in qui-

bus cum fructu etiam voluptatem magnam
capimus. quæ quidem pauca sunt nobis pro
re magna, quia crescit ut crescebat panis
CHRISTI in manibus Apostolorum: & ole-
um modicum in vase viduæ hospitæ Ecclesiæ.
Cùm jam monitus à te acceperim à Domino,
quidquid hausi à cantico, quod adamasti,
illud tibi trado: seu uti à te acceptum, tibi
reddo, qui anchora fuisse, ut acceperim:
seu ut per te acciperem, quod fu-
turum esset com-
mune.



Argumentum.

Argumentum Canticitale mihi
videtur esse, ut postquam Salo-
mon ostendit in proverbiiis, cre-
dendum esse Evangelio, quod
predicatur in secundo adventu Domini,
& Prophetiae, quando ejus eventa conspici-
untur, atq; persecutus est historiam rerum
gestarum, & gerendarum in eodem secun-
do adventu: postquam in Ecclesiaste horta-
tus est önes, ut illa ageretur, per quæ eva-
datur magnū judicium, reliqua quæ enume-
ravit studia, & opera hominum, esse va-
na omnia: agit de Ecclesia, acturus
deinde de statu politico, ut pateat, quænam
vera sit, ut sit Apostolica & Catholica. quod
in ea sit finis optatus, qui jam jam obtainen-
dus sit, pax & justitia & beata vita Chri-
sto complectente ipsam, ut non ultra eam
relicturus sit inter tyrannos & falsos Chri-
stos. Quamobrem hortatur omnes, ut co-
eant in unam, quam describit, Ecclesiam,
quæ recognoscat, & amplectatur unum
tantum Christum caput & non alium. In-

ducitur autem vera Ecclesia Catholica lo-
qui, quæ unum Christi caput recognoscatur,
quem amet, ad quæ solū amandū & habé-
dum caput hortatur, quæ sunt in omnibus
locis Ecclesiast: atque se veram Ecclesiam
& sponsā Christi describit. Christus cōpro-
bat illā sponsam suā, ut ergo suis rationibus,
ut videbimus. In quo sermone assumitur
& Ecclesia & Sponsus ducti ab initio tem-
poris, usque ad postrema tempora, ut uterque
cognoscatur, & distinguatur una omnium
temporum ab aliis singulorum temporum:
una columba & perfecta Christi à sexcen-
tis reginis. neque una Ecclesia assumat sibi,
quæ sunt Ecclesia universalis omnium tem-
porum, locorum, & statuum. ne unus ali-
quis faciat se CHRISTVM in Eccle-
sia, qui non fuerit ab initio, & deinceps
caput Ecclesia. Quamobrem hoc canticum
proponitur tanquam speculum, in quod in-
tuentes Ecclesia singula singulorum tempo-
rum: & qui capita quovis tempore se in il-
lis faciunt, ut videant Ecclesia an sint ita
pura, ut sint sine macula. Quæ fuerunt
post Christum usque ad completum opus se-
cundus

cundi adventus ejus cap. 2. & 3. Apoc:
ostenduntur esse nō sine macula. Sine macu-
la ostēditur illa, quæ erit ornata byso splē-
denti parata sposo suo post bella peracta
contra Antichristos. interea monet Ioan-
nes in illis duobus capitibus esse maculas:
& monet, ut deponantur, quō sint parata,
ut sint Christi in ejus regno. Et si qua an-
tē afferant, se esse sine macula, videant an
unum Christum tantum habeant caput, an
perfectionem suam expectent futuram
in Christo assumente in se omnes Ecclesias
in unam, & perficiente omnes in una spon-
sa sua columba sua, perfecta sua. quod si putet
eam perfectionem se antē perse habere, vi-
deant, an mendacem faciant Joannem. vi-
deant an per omnia & in omnibus similes
sint illi futura post omnia bella & concilia
habita in regno Christi futuro. Qui se ca-
pita in Ecclesiis faciunt, videant an Spiritu
suo semine suo sancto viviscarint, & ge-
nuerint & effecerint suum unum corpus o-
mnes ab initio credentes usque ad postre-
num finem temporum. Videant simul o-
mnes Ecclesie, an sint comparanda cum A-

postolica, si non vident, quomodo ventura
sint comparanda cum futura vestita byssō
splendenti & candido: videant capita an
sint comparandi cum Apostolis, qui recusa-
runt, sc̄ esse capita, si nō vident quales futu-
ri sunt Pastores sub uno ovili, & uno pa-
store. Videant simul omnes in Ecclesiis, an
sit in ipsis amor & charitas, primum erga
Deum, qui sua charitate vult omnes homi-
nes salvos fieri. & ut salvi fiant, morti tra-
dedit Filium suum. Sic Deus dilexit mun-
dum, ait Christus, ut Filium suum unigeni-
tum daret. Videat Papa, videant Papæ,
qui interficiunt, quos Deus vult esse salvos,
an sit in ipsis amor, an Deum ament. Deus
charitas est, & qui manet in charitate, in
Deo manet, & Deus in eo. Scrutetur hic
quisque conscientiam suam, an sit ipse Dei,
an qua charitate dilexit nos Deus, diligat
ipse quos Deus dilexit. Ut charitas Dei dif-
funditur in omnes credentes, an item dif-
fundatur, cujusque, qui se Dei proficitur,
charitas in omnes præsertim consortes e-
iusdem fidei. Videant suis conscientiis, an
in ipsis sit charitas Christi, qui tradidit cor-
pus suū morti pro salute credentium. utrum

velint aliqui mori pro fratribus, an illos interfiscere, utrum velint aliqui consortes ejusdem fidei in salute adepti per unum Christum, fieri participes ejusdem corporis Christi: an se solos esse corpus Christi, videant, utrum quis spernat fratrem suum, dum omnibus est unus Pater nobis: videant utrum contemnant, quos voluit assumendos Christus. Videamus item in hoc speculo, cum tanta sit contentio & gloratio in doctrinis, quid censendum sit de charitate. Cap. 2. Apoc. uni Ecclesia omnes praelatae facultates tribuantur, & laudes doctrinae, industriae, laboris, & tolerantie. Verum quia deest charitas, non censetur Ecclesia, & candelabrum transfertur. Iudicium de doctrina fieri volumus, & quisque vult, ut sua doctrina sit permansura. at de charitate Christus prius judicabit. post peractis bellis concilia examen fiet de purissima doctrina. Ergo adepti fide in prædicatione de salute & adepti in morte Christi, dum sit judicium de non credentibus, sit quoque judicium de charitate, ut qui fide destituti fuerint, & charitatem Dei, & Christi Jesu, non habuerint, condem-

nentur. Charitas Dei, quem non videmus,
censetur in his esse, quo diligunt fratrem,
quem vident. Charitas Christi in his, qui
sunt Ecclesia conspicitur hoc tempore maxi-
mè, quæ præstatur membris Christi, dum
in ipsis nunc Christus esurit, sitit, alget, pe-
regrinatur, agrotat, fit captivus, ducitur
per judicia. Et maximè conspicitur chari-
tas in Ecclesiis suscipientibus membra Christi,
ducentibus rationem eorum singulorū,
& conspirantibus ipsis inter se in una Ec-
clesiam complectentem unum caput Christum.
ut in uno corpore sub uno capite, uno
Spiritu glorificant Deum: obtineant à Deo
salutaria, beata, & eterna. Tu profiteris
cognoscere Deum & Christum Iesum; &
esse Dei & Christi Iesu, quomodo vero cog-
noscis Deum, qui est charitas, si in te non
est de ejus charitate, dum non complecteris
charitate à Deo amatos? quomodo habes
Christum, si ejus chartatem non retines, nec
illam declaras, in ejus membra. es tu Ecclesia,
& ex Ecclesia, qui non es amor. Ecclesia in
cantico Salomonis vocatur amor, vocatur &
Christus amor, & Deus amor. Qui ergo
sunt

sunt Ecclesia & ex Ecclesia, ostendant amorem in unitate: ostendant amorem in uno capite Christo solo sibi assumpto: ostendant amorem in diligendo omnes natos Deo per fidem. Et hæc dicta sint de argumento: & pauca item de speculo hujus cantici, quod videtur omnibus debere esse propositum, dum contendimus ad regnum Christi in quo nuptiae futurae sunt sponsæ ornatae byssō splendida, & candida cum sposo suo. Quod ornamentū debent intueri omnes Ecclesie, & illud parare ad suum tempus, ut in illo appareant ante sponsum, cui despensat credentes & amantes ipse Spiritus Sanctus loquens illis hoc tempore in omnibus divinis scripturis.

1. *Canticum Canticorum Salomonis.* Quod est Salomonis, seu ipsi Salomoni. Ob victorias adeptas, ob liberationem a malis: ob salutem datam, ob novos status adductos: ob nova bona allata & donata: tandem ob ingressum, in statum regni Israëlitici restituti; Mosis & mulierū, Iudicum, Tobiae, Judith, Psalmorum & Prophetarum.

phetarū sunt cantica, præsertim illud Isaia
26. & postremorum Psalmorum de regno
parto Evangelicis, vītis eorum hostibus
atque Christo subactis omnibus regibus
terre. Canticum autem Salomonis dicitur
Canticum Cantorum, quia complecti-
tur omnia superiora canticā in postrema vi-
ctoria, sub qua perpetua pax, & concordia
dabitur. Estq; canticum cantorum, quia
& de majori victoria agitur, quam fuerint
superiores, quandoquidem bella civilia &
intestina: item bella spiritualia acerbiora,
& perniciosa sunt, quam quae habentur
cum hostibus, & quae armis geruntur.
Bernhardus querebatur suo tempore, pacem
fuisse à paganis, pacem ab Hæreticis, sed nō
à filijs, amarum fuisse bellum in nece Mar-
tyrum, amarius inconflictu Hæretorum,
amariſſimum autem in moribus domestico-
rum. nunc verò hac simul omnia sunt, &
præterea alia: & omnia pestilentiora, &
miseriora in civili seditione, & in corpore
Ecclesiæ. Dissidiū quidem fuit jam tempo-
re circumcisionis inter eos, qui secuti sunt
verbum Dei, & inter gentes colentes ido-

la. Sed quæ bella extiterunt propter Zelū
religionis, fuerunt virulentiora, & odia di-
riora ut bella Antiochena. Verum adhuc
major, & perniciiosior fuit contentio inter
profidentes eandem circumcisionem, inter
profidentes idem Baptisma, in qua conten-
tione agitur de interitu animarum: & o-
dium ardet, & in propinquos, & domesticos,
adeo ut filij quoque vita priventur, man-
dentur ad inferos, ut nec etiam in combu-
rendis corporibus exaturetur odium tarta-
reum. Et hæc contentio sive spirituale bel-
lum extitit jam in Abelo, & Chaino, &
deinceps in Babelstis in fornacibus com-
burendo homines. In Israëlitis in deserto.
& tempore judicum ob vitulos. tempore
Regum inter colentes Baal, & inter Levi-
tas Dei. tempore Apostolorum inter Chri-
stum profidentes & Iudeos: inter Christi-
anos olim Iudeos, & antè gentes: inter
Martyres & g̃etes adhuc idololatras: inter
Ecclesiam Romanam, & alios: inter Papam
& inter Antipapas. Quando cessarunt
gentes cruciare, & interficere profidentes
Baptismum, ecce domestici fiunt hostes sub
Papat u

Papatu: & qui interficiebantur ob Evangelium, ob Evangelium interficiunt ipsi baptisati baptizatos, & à se baptizatos. Hoc autem tempore, dum apertus fit Antichristus, qua in superioribus extiterūt variā variis temporibus, nun omnia simul cocurrunt majora in seditionem, in tumultū, divisionem, perturbationem, rerum omnium, & communis status publici, & Ecclesiastici, & familiarium, & amicorum: ad defectionem à Deo, à Salvatore suo & Domino, à legibus, à communi jure, ab omni disciplina: Satana perambulante terram, & malam Erynnim intrudentem incapitabilem, ut omnes edant de ligno vetilo. Multi Bernardi requiruntur ad communionem lamentationem, & querelam: non solum sunt tetri mores, sed & bella Antiochenis graviora: cades Herodiana repetita, que habuerunt finem in Herode, in Herodeis nunc nō possunt ullum invenire. universus populus Christianus in seditione vocatur. vocatur & ipsa Ecclesia in contentiōnem, ut dirimatur multis modis. Et populares & Ecclesiastici, ubi manu, ubi verbo nō pugnant,

pugnant, animis veniunt in eandem contē-
tionem. ut hic & ibi pugna & lites arde-
ant: animi ubique tollantur ad dissidia. Pa-
pe Papaam suam volunt esse Ecclesiam, &
Papam caput. alius aliam novam inducit
cum novo capite. imò verò quisque videtur
suam inducere, ut quot sunt capita, tot sint
Ecclesiæ, tot Christi. quod Bucerus, & Capi-
to suo tempore nuntiabant futurum. Cùm
jam illa, quæ sunt veræ Ecclesiæ Catholice,
hoc est perpetuò fuerint eadem in cultu di-
vino, debeat fuscipi & retineri, ecce vul-
gus hominum illa reiicit, nova inducit, qua
non fuerunt, aut patres non cognoverunt
nec probarunt. novas opiniones, novos cul-
tus inducunt: gaudet quisque invenire, quo
differat ab alio, ab aliis, à communitate. ut
jam nil tam pulchrum sit, quam dissidere ab
aliis, se singularem ostentare. Quæ singu-
la narrare nec quisquam posset, dum occulta
plurima resident infixa animis: & quotidie
nova oriuntur. Et dum in profitentibus
Evangelium queritur pax, & charitas, quæ
est Ecclesiæ, etiā ibi ardor est major ad dis-
sidia & contentiones, ad distractionem, &
dissipa-

dissipationem ipsius Ecclesiae, dum quisq;^z
pud se vult eam esse: atque in ea suum ceterum Christum. Ita ut nunc fiat illud Pauli, ut sint hereses, ut qui probati sunt, manifesti siant. Perseverat autem contentio, & seditio inter Ecclesias Evangelicas: per severant & multiplices hereses impedit unitatem in Ecclesiis, usq; dum bella cessarint & amora fuerint. Interea qui retinuerint Spiritum Christi, & charitatem; exceptant patienter ipsum Christum, qui componat omnia: in Ecclesiam suā suscipiat eos, qui se unum tantum caput voluerint, & unitatem quiescierint: ad illam se compositarint, ut vidimus in Canto Canticorum, ubi una sponsa unum tantum querit, & habet sponsum: atq; sponsus repetit unam esse columbam suam, immaculatam suam, unicam genetrici, Apostolice sue. Hoc jam bellum intestinū, & spirituale fuit antē semper, & nunc ita auctum est, ut videatur non posse esse maius, in eo attollente magna bestia, & serpente sua omnia dira capita. Quod quidem bellum amovendum nunc est, ut solum unus cultus vigeat, & una Ecclesia Christi

Christi victrix aliarum, de qua vaticinatur mater Samuelis, inquiens. Sterilis peperit septem, & quæ multiplicabat natos, infirmata est. Quam veram Ecclesiam descripsit Salomon in fine Proverbiorum, & in hoc cantico. malam. cap. 9. Proverbiorum: & Ecclesiasticus cap. 25. & 26. Quia vero hoc bellum fuit omnium maxime pestiferum, & truculentissimum, maior quam ullum aliud, & postremū omniū, quodque conduxit secum omnia superiora bella; fuit emulatio, ut dicitur cap. 8. hujus cantici, dura ut sepulchrum, ut ignis, ut pruna ignitæ, ut flamma vehementissima. propter has inquam causas victoria de eo, & finis de eo dictus est Canticū Cantorum, quando inquam Ecclesia sponsa Christi, in ipso majori certamine constituta, intuens victoriam propè adesse, canit de hoc postremo bello, & de omnibus aliis superioribus postremam victoriam.

Dicitur pratered Canticum cantorum, quia in eo ea de re agitur, in qua est summa omnium, que requiruntur ad salutem, amor scilicet & charitas. Idcirco Deut. 6.

C praci-

præcipitur, ut diligatur Deus toto corde,
tota anima, omnibus viribus nostris. id
præcipit Christus in Evangelio: Joannes
suam primam Epistolam totam consumit
in gignenda charitate in animis creden-
tium. DEVS Exodi. 20. minatur in st-
odientes iram suam, & se diligentibus pro-
mittit misericordiam suam. Et sic Paw-
lus. 1. Cor. 13. majorem omnium osten-
dit esse charitatem, ac primas tenere inter
omnia. Ut & hinc constet Canticum de
charitate debere dici Canticum Cantorum.
Atq; eò magis dicetur Canticum Cantori-
orum, quia de ea charitate agitur, qua
adducit Deum Patrem, ut tradat morti
filium suum pro salute sua Ecclesie, quam
vehementissime amat. agitur de ea chari-
tate Christi, de qua ait ipse, majorem cha-
ritatem habet nemo, quam ut quis ponat
animam suam pro amicis suis. agitur de
ea charitate Ecclesie erga Deum Patrem,
& Christum Iesum, quam multæ aque no
possunt extinguere, neq; flumina obrueret,
ut dicitur cap. 8. Cant: non magna bella,
non cædes universales, non ignis, nō præ-

ne ignis, non ingens flamma, non quivis
cruciatus. Et hic exultat Paulus Rom. 8.
quod non afflictio ulla, non incommoda ul-
la, non gladius, non mors, non vita, non
ulla creatura poterit separare se à charita-
te Dei, qua est in CHRISTO JESU.

Dicitur item Canticum Canticorum,
quia agitur de ea re, qua jungimur in unū
corpus in Christo, iungimur & DEO Pa-
tri, qui est charitas, ut cùm manemus in
charitate, in DEO maneamus & Deus in
nobis. & fiat illud, quod dixit Christus, ut
sint credentes per charitatem unum inter
se, & unum cum Christo, & DEO Patre;
qua charitate sentitur beatitudo in Eccle-
sia, cuius qui futuri sunt participes in cœ-
lis, gustum sentiunt suavissimum etiam
in terris. Et hoc dicta sint, quare mihi vi-
deatur dictum Canticum Canticorum. Vi-
deamus nunc quare inscribatur Salomonis
sive ipsi Salomoni. E regibus, qui fuerunt
Israëitarum, duos monuerunt nos Prophe-
ti novi fuisse figuram regni futuri Chri-
sti, Davidem & Salomonem. Cap. 17. lib.
1. Paral: in oratione Davidis significatur

Davidem cognovisse se esse figuram Regis
Christi in novissimis temporibus. & id ipse David indicat sapè in Psalmis, praesertim octuagimo nono: Fuit ergo David figura Christi pugnantis in ipsius secundo adventu contra Antichristum, & sustinens persecutions & afflictiones, quas vidimus narratas in Psalmis: & vincens ipsum Antichristum, & omnes impietatem tuentes & adversantes constitutioni regni sui: atq[ue] tandem firmantis ipsum regnum vietiis omnibus adversariis, pacatum illud tradendo Ecclesiæ, constituti deinde statum Ecclesiasticum: atque perficiendi ad morem Apostolice, ac indenti ubiq[ue] catholicam, quam compleat Spiritus Christi, ut complevit corpus ductum è Maria Virgine, figuratum illud in templo Salomonis. Vnde dicebat Christus. Solvite templum hoc, & in tribus diebus reedificabo illud. ubi non solum intelligo Christum post tres dies resurrectum; sed & novum templum se readificaturum, scilicet in tertio statu, in secundo adventu, de quo templo agit Aggeus capite secundo inquit:

quiens, majorem gloriam futuram domus
novissima, quam prioris qua erit Ecclesia
Catholica omnium fidelium. repleta Spiri-
tu Filii Dei. quo Spiritu adorabitur Pater,
& exaudiet preces, ut futurū nuntiavit
Salomon extructo templo manu factō. Et
dum erit Spiritus Dei diffusus in ea Eccle-
sia, in ea erit sapientia, & intelligentia, &
judicium, & aequitates, atq; dominabitur
ipsa justitia. Hinc Salomon, qui adificavit
templum, & adjustitiam adduxit judici-
um, fuit figura Christi, suo Spiritu comple-
tæ Ecclesiam in tertio statu, ipso secū-
dō adveniente. Et hic patet ratio, quare
novi Prophetæ, presertim qui ante nos in-
tra quadringentos annos nuntiarunt ad
futurum regnum Davidicum adductum
a Christo in suo secundo adventu, cui subji-
cetur totus orbis. & tunc consecuturam
pacem perpetuam, & justitiam in terris.
Et hunc statum fuisse consignatum in re-
gno Salomonis, quod regnum quia fuit fi-
gura, non perseveravit Salomon in pietate
sed peccavit in idolatria. & tum fuit
figura Papatus revocati à cultu Christi ad

idola. Et ut Ecclesia sub Papatu fornicata
est, & in adventu Domini reversa est ad
Christum, ut narratur cap. 2. Osee, & pri-
mo Isaiae; ita ego existimo Salomonem post
peccatum suum, post tot concubitus uxori,
& concubinarum faire reversum ad Do-
minus, ad verum cultum DEI in Spir-
itu perfectum. atq; ex amore mulierum, ex
omni carnali sensu revocatum ad amorem
Filii DEI, & ad illa, quae sunt sensus Spiri-
tus, quemadmodum Ruben commacula-
tus in nefario concubitu per longam pani-
tentiam à scelere se expurgavit. Simeon
exultans in cede facta Sichimeorū, ac au-
dax ad facinus invidendo primogenito Ra-
chelis, revocavit se ad humilitatem, bent-
ficienciam, & charitatem. Dan, & Gad,
quorum odium fuit acerrimum in Iosephū,
preter illud quod fuit reliquorum fratrum,
instabant ut perderetur, & tandem ut ven-
deretur, ac mentiebantur Patri. conversi
autem fuerunt ad clementiam, ad miseri-
cordiam & amorem, ad veritatem in rebus
omnibus. Econtrariis ad contraria revo-
cati sunt. Ita ego existimo evenisse in Sa-
lomo-

lomone, ut deductus fuerit à peccatis, à vo-
luptatibus, ad spiritualia contraria illis,
ut fuerit quoq; figura eorum, qui nunc pec-
cant in subjiciendis sibi Ecclesiis, & in il-
lis, & cum illis idolatrando à Christo, qua
Ecclesie & qui ministri & Ecclesiastici &
Politici, cognito & sibi patefacto peccato
sint se revocaturi ad unam Ecclesiam ca-
tholicam ad unum caput Christum. quod
cum fecerint, venturi sint in locum Salo-
monis, administraturi regnum Christi in
perpetua unitate & pace. Ut Salomon, &
ministri, qui nunc peccarunt ex compara-
tione contrariorum percepérunt, quantum
differat status presens à futuro Christi.
quod videtur indicari, ubi dicitur: melio-
ra sunt ubera tua vino. Et ipse Salomon
indicavit hac cap. primo, & secundo Eccl-
esiastis, & cap. 7. & 8. & 9. Sapientie.
Perductus ergo ad contraria in senectute,
percepisse videtur certè magno sensu illa,
qua futura erant Ecclesie in secundo ad-
ventu Domini, dum incipi debuit edifica-
ri templum, & deduci deinde ad absolu-
tionem & perfectionem, quod templum erit

maius, quād fuerit prior ducta Ecclesia
Apostolica in Catholicam omnium genti-
um. que erit templum, non manu factum:
ac erit Christus suo Spiritu in tota illa. Sta-
tum illum Spiritus, gaudia illa, fructus
Spiritus, qui erunt in fidelibus certis fig-
ris adumbrat nobis in hoc Canto. Vi fu-
it figura eius regnum regni futuri pacis
& justitiae. ut fuit figura templum à se
aedificatum Ecclesia, quæ futura habitacu-
lum D E I: ita hoc Canticum sit specimen
spiritualis sensus, qui fuit in perfectis an-
tē & in Apostolis, ac futurus sit in tota
Ecclesia Catholica, in statu Spiritus Sancti.

Positis his de Salomone, quod fuerit
figura Christi regnantis in orbe, allata
biḡ pace perpetua: & item quod conver-
sus fuerit ad Dominum, ut David post
adulterium: quia id requiritur, ut sit fi-
gura Christi in illo statu: & quia in hoc
Canto ponitur pro sponso Ecclesie; iam
videamus, quare Salomonis dictū sit Can-
ticum, seu quod Salomoni. Videtur dici
Canticum Salomonis, ut Psalmi multi at-
cuntur Psalmi Davidis. quod composti, &
scripti

scripti sint à Davide: ita dicatur hoc Cantum conscriptum à Salomone. Si dicatur ipsi Salomonis, videtur Canticum dici, quod sit de Salomone, de Christo, sive Cantatum ipsi Salomonis, ipsi Christo figurato in Salomone. nam in Canto mentio sepè fit de edificio Salomonico, de ipso Salomone, & de his quæ fuerunt ipsius. Vnde ipsa inscriptio videtur indicare & à Salomone esse conscriptum Canticum, & illud de Christo in sua Ecclesia, & Ecclesiam ipsum Christum suum sponsum recognoscere, & se ejus esse, se ei totam tradere. Dicitur verò Canticum, quod summa eorum, quæ sunt Christi & Ecclesia significetur, non autem tota historia, ut fieri solet in aliis Canticis, è quibus summa historia alicuius assumitur cum latitia. sive ut in Psalmis, in quibus summa alicuius facti ante Deum canitur, aut memoratur.

Antequam in interpretationem ipsius Cantici ingrediamur, pauca videntur proponenda de ratione interpretationis & de ordine. Mihi convenit cum multis interpretationibus, hujus Cantici, quod in eo aga-

erit de Ecclesia, quod in eo sit sermo mysticus, & allegoricus, quod plures etates, & quod Prophetia sit in eo recognoscenda. Si hac intuebimur in interpretando, si non perfecta interpretatio habebitur, minus credo à vera aberrabimus. Siquidem mystica singula secundum analogiam scripturarum, & certa proportione erunt comparata. Ut verò secundum certam analogiam, & proportionem comparentur, adjumentum non erit parvum, si etates, & earum distinctionem in illo tenuerimus secundum rationem Propheticaam. Hanc igitur rationem retinebimus in interpretando. quantum autem assequemur, iudicium debebit esse aliorum. Ut verò iudicium facilius fieri possit, proponemus & ordinem, qui mihi visus sit servatus in descriptione totius Cantici.

Si difficultis unquam inventu fuit ordo tractationis alicuius argumenti, difficultissimus mihi videtur in hoc Cantico, observationem Propheticā tractandi diversam à communi ordine aliorum. ubi servatur ordo sepè secundum alia, quæ nuntiantur futura,

futura, non secundum illa, in quibus alia
significantur. item hic omnia sunt mysti-
ca, & repetuntur sapis eadem sententiae,
& eadem verba, que tamen ad diversa re-
feruntur. Hac & talia contegunt ordinem,
ne facile conspiciatur. Ego vero hic recur-
ro ad ordinem certum usitatum in Proph-
etis, ut advertam tempora, quemadmodum
distincta sint ab illis: & quomodo sponsus
Ecclesiae sit descriptus, ut eadem ratione ad-
vertam hic quoq; describi à sponsa cap. 5.
item videam describi sponsam à sponso
cap. 6. Describantur autem per cursus sin-
gulis posterioribus partibus corporis, ut in il-
lis consignificantur tempora, & etates di-
stinctae, quemadmodum in vestitu Aaro-
nis describitur Christus caput Ecclesia ab i-
nitio temporis usq; ad finem temporis. item
in Apoc. cap. primo describitur Christus,
qui ambulet inter septem etates mundi
illas illuminans, itē in statua Nabuchodo-
nosoris describitur status Ecclesia, & popu-
li DEI à tempore Ecclesia Apostolice, usq;
ad regnum Israëliticum restitutum. Secun-
dum ergo talem rationem distinguemus

ordinem

ordinē materiae, quæ tractatur in hoc Can-
tico: Et quoniam quæ sunt Prophetica, so-
lent patesieri in eventu rerum, & in no-
vissimis diebus, quando aperientur libri ut
monemur cap. 23. & 30. Ieremiæ, a fine,
& medio, ab his, quæ sunt secundi adven-
tus Christi, & primit, ducemus fundamen-
tum interpretationis. Hunc ordinem igi-
tur primū recognoscemus, ut in septem pri-
mis capitibus Ecclesia septem atatum de-
scribatur: in octavo sit conclusio in poste-
rema etate eorum, quæ antè narrata sint: atq;
etiam certa quadam expositio. Deinde in
septem capitibus primis cum ordinem in
exponendo sequemur, quem tenuimus cap.
2. & 3. Apoc. in exponendis septem Eccle-
sias. Illumigitur ordinem mihi videtur Sa-
lomon sequi in suo Cantico, quo solent se-
pè Prophetæ uti in rebus exponēdis ut per-
currat illa, quæ sunt Ecclesia in septē atati-
bus ejusdem. ut capite primo assumat illa,
quæ sunt atatis prima. capite secundo, quæ
sunt atatis secundæ, & ita in reliquis or-
dine. capite octavo sit quadam repetitio &
conclusio, ut in unum quæ antè dicta sunt
condu-

conducantur. In exponendis tamen his,
que erunt Ecclesia secundum ordinem æ-
tatum, ratio quedam servabitur, ut in
una etate aliae intelligi possint. verbi cau-
sa capite primo, dum intelligitur Ecclesia
etatis prima promissionum capta in A-
brahamo, illa recognoscatur in secundo
adventu Domini. quia in secundo adven-
tu aperiuntur libri: & quæ septima, &
postrema etate fient, ducent suum lumen
ad superiora. Capite secundo dum in se-
cundo adventu agitur de regno Christi
& de vera Ecclesia Christi in eo: signi-
ficatur simul & regnum Israëliticum pri-
us constitutum tempore Mosis, & Eccle-
sia vera DEO cognita, quæ tunc fuit. Ca-
pite tertio agitur de eodem regno, & Ec-
clesia danda sponso suo etate septima. quæ
fuerunt figurata in Rege Salomone, & in
templo a se ædificato. Tria ergo hac ca-
pita ponuntur pro etate prima promissio-
nū & pro secunda date legis & pro tertia
regum & Prophetarū. quæ tria capita, dum
complectuntur figurata futura etate po-
strema simul exponunt, quæ sunt Ecclesia

illarum trium etatum. Capite quarto de-
scribitur Ecclesia Apostolica, in qua condu-
cuntur, quae fuerunt Ecclesiarum superio-
rum etatum, & conductitur ipsa usque ad
postrema tempora. Capite quinto describi-
tur Ecclesia, ducta ad possessionem regni da-
ti a Christo populo Christiano, tempore Syl-
vestri. ubi Christus non suscipitur, ac ve-
ra Ecclesia vagatur, & affligitur. que tu-
men interea probat neminem mortaliū
posse esse caput Ecclesiae prater unum Chri-
stum. Capite sexto apparatus secundi ad-
ventus Domini significatur, qui describi-
tur capite 14. Apoc. ut restituatur Eccle-
sia in suum statum, & Christus in suum
regnum. Quae Ecclesia vera describitur a
Christo, ut ipse verus servator, & sponsus
describebatur ab eius Ecclesia, quam post
magnam tribulationem adducet Christus
in suum regnum. Capite septimo exponi-
tur predicatio secundi adventus, in quam
conducuntur, quae fuerunt omnium supe-
riorum etatum, & omnes Ecclesia in una
veniunt. Capite octavo perducuntur omnia
superiora pariter ad unum regnum Christi
ad

ad octonarium perfectum, ut prima concordent cum postremis in beata vita sub uno Christo, ut sit Canticum Canticorum. Et hæc adhuc proponentur in argumentis singulorum capitum.

In caput. I. argumentum.

DVM fuit omnibus superioribus etatibus contentio de vero cultu DEI: de vera Ecclesia: de Messia Salvatore: Ecclesia ipsa vera ostendit in secundo adventu Christum solum eum, qui loquutus sit in Prophetis, & Apostolis; esse Salvatorem, & caput Ecclesiae. Et ipsa Ecclesia quamvis ducta per afflictiones, probatur a Christo vera, quæ se solum caput amplexa fuerit, atque docuerit Prophetica, & Apostolica. Vnde addentur ei dona, & regnabit sponsa vera cum vero sposo Christo. Quæ autem Ecclesiae superioribus etatibus similia egerint, censentur sponsæ Christi. Et hic prima etas erit omnino recognoscenda, quæ ut delata curru Pharaonico feratur ab initio ad tempus, quo vestita byssῳ splendida

innga-

jungatur sponsa sponso in ejus regno.
2. Osculetur me osculo oris sui.

Etsi à primis patribus optabatur adventus sponsi: & dicebat Eva, acquisivit virum cum Domino, atq; cùm antè jam ab Eva, tūm post deinceps ab his, qui fuerunt semen Abrahe, quasitum fuit semen Christus, ut de Abrahamo ait Malachias ipsum quasivisse semen DEI, Mosesq; à DEO petebat, ut mitteret, quem missurus erat. Etsi Apostoli, & cum ipsis alii credentes dixerunt, jam loquatur ipse ore suo nobis, non per Prophetas solum; tamē quia sponsa hic loquitur, qua meminit genitricis sae. cap. 3. hoc est Ecclesiæ Apostolica, quod que dicitur. Osculetur, videtur indicari secundus adventus, ut is sponsus osculetur, qui prius venerit, post redierit. ut indicatur cap. 3. Osee, is Christus redire in non-vissim diebus, qui antè mulieri dederit argentum & hordeum, ac jusserrit se expectari, donec rediret. Tunc quando rediit, debuit eum osculari Ecclesia, ac summo desiderio suscipere, ardentiq; amore comple-

cti.

Et i. Et hoc indicatur Psalmo secundo, ubi
in secundo adventu jubentur reges, & o-
mnes, qui administrant ejus statum, &
alii osculari Christum ad se secundò adve-
nientem: atq; sibi gratulari de ejus ad-
ventu. Et quia quando adest, non cognos-
citur, non est fides in Israële, nedū in ter-
ra: dum insurgunt dissidia propter ipsum,
& quisq; facit se Christum, & sunt multi
Christi, qui se audiri volent, sunt innume-
ri heretici, distractentes instabiles, & le-
ves à Christo: vera Ecclesia, & qui sunt ex
ipsa, clamant replete gaudio, ac ardenti in-
censi amore, quod norint Christum adesse.
Osculetur me osculo oris sui. Non
loquatur jam mihi hic, & ille Christus, &
multi Christi, non turba hereticorum, qui
mihi prescribant, qui mihi sint caput. ipse
Christus mihi loquatur, mihi prescribat, sit
mihi sponsus. ipse est, qui tam diu fuit ex-
pectatus. Et dum in osculo indicatur ad-
venisse Christus, & suscepitus ab his, qui
sunt vera Ecclesia, magno quidem deside-
rio intelliguntur Apostoli maxime optatum
Messiam suscepisse: eumq; eo amore prose-

D curi

cuti sunt, ut nullum mortis genus ipsos se
parare potuerit ab amore Christi, qui & it
jecerint omnia expetibilia in mundo pro
pter Christum. Fuit & in Patribus idem
amor, dum senserunt osculum Christi: se-
jus spiritu tactos, quo ita cum ipso unili
fuerint, ut nec ipsi mortem veriti sint su
stinere propter amorem, & osculum, quo
tacti a spiritu DEI fuerunt. Quemadmo
dum & hoc tempore tacti eodem spiritu
sustinent crudelitatem Antichristicam.
Veruntamen quia comparatio statim ponit
tur, quod meliora sunt hubera seu amores
vino, dum dicitur, osculo oris sui, indicari
videtur, sponsam optare Christum potius
se alloqui quam illos, qui jactant nomen
Christi. mihi enim ita videtur potius esse
intelligendum, quam ut dicatur, loquunt
ipse mihi, non Prophetæ, quia quæ loquunt
sunt Prophetæ, & Apostoli, locuti sunt il
la, quæ Spiritus Christi loquebatur in ipsis.
quæ autem prodierunt ex umeribus Christi
fuerunt Spiritus Christi, lac Christi. Quod
autem hic intelligenda sit contentio ma
xime de vero Christo, & de falsis Christi,
quorum

quorum primus est Papa, & Papai, indicatur ubi statim dicitur. nolite considerare, quod fusca, quod nigra sim. filii matris mea pugnaverunt contra me. que pugna exponitur capite octavo, ubi dicitur emulatio dura, ut sepulchrum, ignis, & prunæ ignis, & flamma vehementissima.

Quia meliora sunt ubera tua Vino. Causa statim redditur, quare malit Ecclesia, ut se osculetur Christus, quād alii, quia que sunt vita aeterna, quæq; accepit à Patre docet Christus, alii sua ingerunt. Ubera Christi sunt illa, è quibus que sunt mysteria aeterni Evangelii, & Prophetiae: que sunt aeterna vita fugimus, quæq; hauserunt Patres contemplantes suum Cocum ad dextram, & suum Biria ad sinistram, Sapientiam tributam Filio, & Intelligentiam tributam Spiritui Sancto, Filium in quo sunt thesauri divinitatis, Spiritum Sanctum, per quem thesauros salutis & vitæ percipimus. consiliag; DEI, & opera ejus cognoscimus. Nos simpliciter dicamus doctrinam Evangelii

cam, & legalem: Apostolicam & Prophetica in uberibus indicari: in vino autem humana, que homines sapient & docent. Quare doctrina tua o Christe Evangelica, seu Apostolica, & Prophetica praefat doctrinis aliis humanis. Sapientia humana non potest comparari cum divina. Ad sint instructi omnibus scientiis Philosophicis: qui historiam omnem omnium gentium teneant: qui sint parati, ut de quavis re differant, qui suam etiam certam Theologiam sibi vendicent: qui historialiter, & carnaliter tractent DEI verbum: illa nihil, hac parum alunt, & nutriunt ad vitam eternam: non expletu desiderium meum, ut beata vita tecum vivam, non acquiescit in illis animus.

3. Ob odorem unguentorum optimorum. Non est Spiritus in illis humanis & carnalibus. in uberibus Christi, in eius Evagelio est virtus ad salutem: in Prophetia spes f. ma ad illam perveniendi. Fert secum verbum DEI spiritum, quo est illud datum: spirat vi-

ram: spirat gaudia beatæ vita, scientia, &
cognitionis D E I: emanat in corda, ut red-
dat testimonium spiritui nostro, quod filii
D E I sumus: reficit hominem in novam
vitam: spirituales facultates multiplices
donat his, qui sunt ejus Ecclesia. Hac, &
talia, quæ ministri verbi possunt narrare
de effectione, & fructibus Spiritus sequū-
tur illos, qui animo verbū Dei percipiunt.

*V*nquentum effusum est no-
men tuum. Qui enim percipit odo-
rem Spiritus tui, sentit secundum nomen
tuum Messiam, te esse Sanctum Sanctorū,
qui sanctificas omnes te suscipientes, qui
spiritum tuum diffundis super omnes ele-
ctos, quo reficiantur in spem eterna vita.

*I*deo adolescentulæ dilexe-
runt te. Propter hæc quæ dicta sunt
de uberibus, & de unguentis, qui nuper,
qui semper crediderunt auditores, & per-
ceptrœ verborum D E I: quæ novæ Eccle-
siam antè tum nunc coierunt, ut com-
pletearentur te Christe, sentientes virtu-

tem verbi tui, & spiritus tui, & gaudi
tuarum promissionum, & aeterna vita, te
amant, te diligunt, te sequuntur, trahi
suavitate odorum tui sancti spiritus.

4. Trahe me post te, curremus.
Persta ergo Christe Salvator tuo spiritu
vita, & gaudii trahere me, perducere tu
am sanctam Catholicam per omnia tem
pora: quam non conspiciunt carnales, &
mundani oculi: & cum ipsa omnes Eccle
sias visibles in invibilem se emergentes,
& concurrentes in idem Baptisma, ut tan
dem inveniantur omnes in unum tuum
corpus combaptizatae, & paratae, ut ingre
diantur una tua sponsa in regnum tuum.
Ac nunc quidem dum sunt tot pertur
bationes, tot tyranni ad se rapientes o
mnes, & omnia: dum sunt qui se & sua
praedicant: dum sunt tot sectae, & factio
nes, tu qui trahis omnes ad te venientes,
libera tuam Ecclesiam ab hac defectione,
ut in te tota sit: dicat quisq; fidelis, tra
he me post te, ut te unum sequar, te habe
am authorem vita: tua unius precepta, &
doctrinæ

doctrinam servem, & amplectar: curram
cum omnibus fidelibus ad illa, quae sunt tua
Ecclesia, & regni.

Introduxit me rex in cubi-
cula sua. Dum fideles sunt facti Chri-
sti, donati Spiritu Christi, sequuntur Spi-
ritum Christi, ut unum sint in ipsius cor-
pore mystico. retinent firmam spem de cœ-
lesti vita, ita ut jam introductos se senti-
ant in tabernacula cœlestia, dum sibi my-
steria de ipso Christo, ac de eius Ecclesia
Christo adharendo aperiuntur. atq; dum
hæc mysteria in terris prius patesiunt, &
in regnum promissum sub toto cælo intro-
ducuntur fideles, erit gaudium, & exultatio,
quando liberati à malis in illo erūt.
in Christo erit omne gaudium, & latitia
hūs, qui dixerint ego sum Christi. qui à
tot malis ad sempiterna, & eterna bona
ipso perduxerit. Recordabimur u-
berum tuorū magis, quam vini.
Bene sentiemus nobiscum fuisse actū, dum
meminerimus nos fuisse secutos Christum,

D 4 sanctū

sanctum ejus verbum: meminerimus gratiam, quam nobis praefiterit, retrahendo nos ab aliis falsis Christis, ab ipsorum doctrina, & fastu: liberando nos à periculis, à tyrannis: secernendo nos ab haedis ad sinistram se recipientibus. Persistemus jam in amore Christi atque in ejus doctrina sancta.

Recti diligunt te. Qui credentes prædicationi, egerunt, quæ oportuit, rectè se gesserunt in opere Domini: non ad alium se applicaverunt, quam ad Christum: non alia, & aliena curarunt, quam que fuerunt Christi, ut ipse cognosceretur adesse: ei ut par erat obediretur, ac regnum eius promoveretur: hi sunt Ecclesia, hi sunt, qui dilexerunt Christum, ut dixit ipse, vos amici mei eritis, si feceritis, quæ ego præcipio vobis.

Nigra sum, sed formosa, filia Ierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut cortinae Salomonis. Etsi fui despecta (ait pia Ecclesia) habitare.

heretica, & turpis ab impiis, diffamata
vulgò ut falsa, dum multi dicunt, non est
salus ei in Deo, dico ego. Dominus assum-
psit me. Idcirco ne offendamini in me fi-
deles, quia in intimis contineo, quæ sunt
pulchra, & expletibilia super omnia, quæ
vulgaris hominum admiratur. sunt extra
ut tabernacula Cedar, quæ foris non sunt
decora, sed intus sum ut cortina Salomo-
nis. ut quæ obtentura sit gloriam, & ad-
ministrationem in regno CHRISTI.

6. Ne contemplemini me, quod
susca sim. quia aspergit (decolo-
ravit) me sol. Ne aspiciatis exter-
nam formam quod sim deformata à meo
priori statu, despecta, ducta in paupertate,
afficta vagando per varias terras: hinc
inde agitata. sustinui astum magna tem-
pestatis, & tribulationis. nam qui nati
sunt ex eadem Ecclesia Apostolica, defici-
entes ab illa, irati sunt mihi, offensi sunt
in me, persecuti sunt me revocantem me
ad illam. Posuerunt me custodem

D s in

in vineis, vineam, quæ erat mihi non custodiri. Voluerunt me esse aliarum Ecclesiarum, quam Apostolica, alias inducere. prohibuerunt me agere, que sunt illius. Eam vexationem, & bella induxerant, ut non potuerim instaurare in populo D E I Ecclesiam Apostolicā: tantā confusionem adduxerunt, ut etiam electi, si fieri posset, in errorem inducerentur. & ubi aliquem statum illius Ecclesiae sancta posui, illum mihi everterunt, & induxerunt alienum.

7. Indica mihi, quem diligit anima mea, ubinam pascas, ubi accumbere facias in meridie. ut quid enim ero veluti declinans post gregem sodalium tuorum?
Dum narrat Ecclesia vexationem, quam sustinet, convertit se ad Christum, ac petit, ne in tantis tenebris, & astu perturbationum, ubi est dissensio de ipso, in qua Ecclesia ipse sit, dum in se quæ vult i-

psum

psum esse; sibi ostendat in qua Ecclesia ipse
Dominus Ecclesie habeatur. & ait: renun-
tia tu mihi, tu inquam, quem diligit ani-
ma mea, quem solū habeo pro sposo meo,
& vero Christo. fac inquam me scire in
tanta varietate opinionum, & contentio-
num, in quanam Ecclesia tu tuo vero, &
Sancto verbo pascas animas. nam propè o-
mnes instant suam tantum veram Eccle-
siam, & quam ego sequor falsam pradi-
cant. fac tu ut sciām (in meridie) ubinā
sit uera lux tue doctrinæ, quam pradi-
casti, & docuisti Apostolos veniens in me-
dio temporum, agens opus salutis nostræ.
te unum ipsum volo, qui prædicasti Apo-
stolis. non enim volo declinare ad eos, qui
recum se Christos faciunt. en unus es spon-
sus meus.

8. Si nescis, ô pulcherrima mu-
lierum, egredere per vestigia i-
psius gregis, & pasce capellas
tuas juxta tabernacula pastoriū.
Est responsio ad Ecclesiam, quæ vult Ca-

tholi-

tholicam, & solum ipsum Christum caput.
est & hortatio, ut persistat in his, quæ nar-
ravit. Vocat ipsam pulcherrimam mulie-
rum, quod non sit nigra & indecora; sed
vera Ecclesia, quæ se unum sponsum sequa-
tur audiendo ejus doctrinam Evangelici-
cam, & Apostolicam: & item quæ locutus
est in Prophetis: sequatur Spiritu, & sen-
sum Apostolicum; in his persistat. Se-
cundum hac pascat gregem: instituantur
omnes Ecclesia, quæ appellantur capella i-
gnorantes adventum Domini, dum adest
Dominus ipse. pascantur, & instituantur
in his, quæ docuerunt Apostoli, & docent
nunc Prophetæ.

9. Equitatui meo (equæ meæ) in
curribus Pharaonis assimilavi
te ò amica mea. Consors mea non sit
fusca, non sit deformis, ac sine statu: non
depressa, & attrita: quia vincet, & obti-
nebit. erit consors, & socia secum ait Chri-
stus in regno D E I: possidebit illud cum i-
psò Christo, cui erit cohæres. Ut currus Pha-
raonis sunt multi, & equites prævalidi;

ita victoriam obtinebit ipsa. qua opes sunt
adversariorū, ad se deferentur, ut regnes
cum CHRISTO.

10. Pulchrae sunt genatae inter
murenulas, & collumatum inter
torques. Ut potestatem, & dignitatem
dixit Christus ad Ecclesiam deferendam;
persequitur etiam exponere illa, per quae sit
pulchra, quod maxillæ ejus sint pulchrae in-
ter murenulas. audivit verbum Evangelicū,
& Propheticū expositum, & distinctū
secundum verum sensum Catholicum, illi
auscultavit, & paruit: illud predicavit ve-
rè, & pure, ut faciem suam ostendere possit,
nec rubore suffundi, quin secundum illud
egerit, & administraverit; quin qua no-
vit, & docuit, non responderint vita, &
actionibus: atq; haccum illis. Et collu-
tum inter torques. Quæ autem
docuit, & egit: quæ retinuit de doctri-
na verbi DEI, de administratione se-
cundum illud, talia sunt, ut collum ejus
doceat esse inter torques, ut sibi detur
admini-

administratio, & authoritas in regno Dei,
ut dabatur Iosepho.

II. Murenulas aureas facie-
mus tibi vermiculatas argento.
Efficietur adhuc, ut pulchrior sit Ecclesia:
addetur Spiritus, & verbum DEI copio-
sius, quod firmū, & distinctū sit charitate.

12. Dum rex esset in accusbitu
suo, nardus mea dedit odorem
suum. Quando fuit concilium, & Christus
in eo Dominus, insidens in suis mini-
stris, tum vera apparuit Ecclesia: man-
re fecit odorem bonum suæ doctrine, &
vita, & actionum.

13. Fasciculus myrrhae est dile-
ctus meus mihi: inter ubera mea
commorabitur. Quia donata, & re-
pleta est à Christo spiritualibus donis &
facultatibus, quas memorat Paulus. 1. Cor.
12. in ipsius corde, & mente commorab-
itur Christus, illas à se recognoscens. stu-
debit ut spiritu vivat, ut facultatibus ib-
lis

lis utatur ad gloriam Christi, & ad utilitatem Ecclesiae; memoria retinens ejus, qui pro se sit mortuus, & resurrexerit, ut mortuus novus homo in se, vivat novus: non vivat ipsa, sed vivat in se CHRISTVS.

14. Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engadi. Ipse Christus, erit sibi unus tantum, à quo omnes facultates spirituales recognoscant, & in omnibus Ecclesiis, & in singulis in illis. & unus rex erit sibi tantum rex regum, à quo omnis administratio habeatur. & forte in fasciculo Myrrae significantur facultates donatæ in Ecclesia, & ipse Christus summus sacerdos, à quo habetur aeterna vita: in botro autem Cypri ipse Christus rex regum, & omnis administratio politica ab eodem prescripta, & à magistratibus suscepta.

15. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es: oculi tui columbarum. Hac quæ narrasti sunt qua faciunt te pulchram: faciunt te amicam meam: facient, ut vera appareas Ecclesia

clesia oculi tui columbarum. fida mihi fu-
sti, dum fuit defectio: perstisti amare
me vera charitate. eris tu pulchra, & ve-
ra, & sapiens: eris tu amica mea, & spon-
sa mea.

16. Ecce tu pulcher es dilecte
mi, etiam decorus (suavis) etiā
lectus noster floridus, (virens)^{Re}
spondet Ecclesia Christo, & ait. Ecce tu es
pulcher, verus Christus, verus D E I Fili-
us, è quo pulchrum, & verum extat quic-
quid est pulchrum, & verum. es tu via,
veritas, & vita. Es tu decus, & ipsa suau-
itas, ad quem honos pertinet, & laus.
qui agis omnia in omnibus; qui repleas Ec-
clesiam tuam præter alia dona suavitate
tui Spiritus, & charitatis tuae, qua tecum
in tuo corpore per Spiritum tuum conqui-
escit. Vnde lectus noster, existit virens,
floridus. exsiccabuntur status impi, Ec-
clesiae alienæ; non veri Christi, status, im-
pii, & alieni. Unus Christus in una Eccle-
sia vigebit, & persistet in regno D E I.

17. Trabes domorum nostrarū
cedri.

cedrinae: laquearia nostra cypres-
sina. Ecclesia ædificabitur lignis cedrinis:
firmiter illa Evagelio, quod signabatur
in unguento Mariae Magdalene. quo effu-
so super Christum tota domus replebatur
odore. signabatur in unguento mors Chri-
sti, quam subivit super lignum crucis. sub
cujus crucis signo stabilitur & Ecclesia, &
status politicus: Laquearia erunt cypressi-
na, quia omnia de Christo, ac ejus Evange-
lium confirmabuntur vera per Prophetiam.
& nuces dura, & compactæ cypresi, fient
molliores, & aperientur, ut sit firmitas, &
stabilitas, oblectatio, & suavitatis in re-
gno Christi justitiae, & pacis: veritatis, &
sanctitatis.

In conclusione capit is haec videntur ad-
denda. Ex his, que narrata sunt hoc capi-
te, que vidimus contigisse in secundo ad-
ventu Domini, debemus recognoscere, &
qua talia in prioribus non solum statibus;
sed & atatibus evenerunt, que similia
quisq[ue] facile potest in omnibus statibus, &
atibus advertere. Et quoniam facile

E quisq[ue]

quisq; poterit advertere in progressu nar-
rationis capitum qua sequuntur, describi
que sunt singularium atatum, oportere ut
detur, in hoc primo capite recognosci pri-
mam etatē, qua fuit promissionis. Ut enim
qua sunt ataris quarta de Christo vidit A-
braham, ita intelligitur vidiſſe, qua sunt
septimae. Nam dum jubetur exire ē domo,
& familia sua, dum ſemē querit, dum nu-
tu D E I omnia agit, dum probatur ejus fi-
des, dum ducitur in pericula, dum libera-
tur à D E O, dum probatur à D E O, dum
ſepelitur in ſpe poffidendi promissa in re-
gno D E I cum omni ſuo ſemine, ſunt ha-
omnia talia, qua cognovimus in hoc primo
capite. quod debuit exponi ex his, que t
venerunt etate hac poſtrema, ſecundū que
aperiuntur, & in his intelliguntur, que
fuerunt priorum atatum, quaq; fuerunt
figura rerū futurarū. ut jam conſerre
debeamus, & ſimul recognosce-
re que fuerint figura, &
ſint figurata.

C A P V T II.

Regnum

REGNUM Christi ostenditur in ipso cum sua Ecclesia juncta sibi in dilectione, ac charitate in spē beatæ vite ciso obtinenda, dum venit Christus secundō . qui per judicium universale punit vastatores Ecclesie suæ, ut detur via credentibus ingressuris in regnum, quod restituetur, constitutum olim data lege, & peracto judicio contra Pharaones, & Aegyptios; contra suos peccantes, & contragentes impedientes statum, & regnum DEI atate secunda.

1. *Ego flos campi, & lilyum convallium.* Ad superiora hac, que sequuntur, ita mihi videntur respondere, ut quia vera Ecclesia, & verum regnum Christi dictum est semper duraturum: atq; vera Ecclesia, & verus Christus ostensi sunt secum bene convenire, dum falsa Ecclesia, & falsi Christi vendicarunt sibi principatum; nunc tanquam falsi illi sint patesati, ostendit Christus se verum regem regum: atq; sponsa Christi se veram, & uniam Ecclesiam Catholicam. Quemadmodū

E 2 ostende-

ostendebat se Deus verum Deum: & popu-
lus Israëliticus se verum populi DEI AE-
gyptiis, & aliis gentibus in parte novo sta-
tu & regno, ac illis punitis, & ejectis.

Sive jam dicas Ecclesiam, sive Christū
vocare se rosam campi, & lilyum convallii-
um; id utrumq; videtur posse intelligi. ego
tamen existimarem, Christum de se dice-
re: ego flos campi, & lilyum convallium: &
inde, quia sibi juncta est Ecclesia, inferat
de ea vera sua sponsa. Sicut lilyum inter
spinias, sic amica mea inter filias. ut cap.
12. Apoc: dicitur mulier vestita sole, quod
Christum in se habuerit. facit & id, quod
existimem Christum loqui, quia cap. 11. I-
saiae Christus intelligitur, ubi dicitur vir-
ga egredi de semine Isaï, & flos de radicē
bus ejus. item cap. 28. minatur Christus il-
lis, qui erigunt florem, ut sint ipsi alti Chri-
sti domini mundi. Ita ergo sententiam e-
go educerem. Ut quia multi hoc tempore,
& superioribus temporibus se Deos, se Chri-
stos, se capita Ecclesiae fecerunt; dicat Chri-
stus. Ego sum flos campi, & lilyum con-
vallium. sunt qui erigunt sua insignia tan-
quam

quam ipsi sint flos, & decus mundi. at ego
sum rex regum, ad quem pertinet regnum
mundi. ego solus summus sacerdos in aeternum.
non illi, qui sibi haec nunc vendicat,
& vendicarunt superioribus etatibus. Et
dum dicitur. ego sum flos campi, existimo
indicari campum Sennaar, illos, qui sibi
primas tribuunt. ut Papa, & si quis alias.
illos principes, qui sub regnum Iudea veni-
unt. ubi autem dicitur. lily convallium,
alios, qui sunt sub regno Feroboam, ut in-
dicatur capite illo 28. Isaiæ. ubi & due Ec-
clesie intelliguntur hujus temporis descri-
ptæ cap. 2. & 3. Osea. & 23. Ezechielis.

2. *Sicut lily inter spinas, sic*
amica mea inter filias. Illi Ecclesie
hoc tribuitur, quæ fuerit induita Christo,
quæ solum Christum habebit sponsum, non
autem Papam, ut quemvis alium, cuius in-
stituta sequatur. Ecclesie, quæ sibi consti-
tuunt hunc, & illum, qui sit caput, sunt si-
cuit spinae, se mutuo pungunt, pungunt
hos, & illos. pungeniur & illi, qui eas se-
cuit fuerint.

3. Sicut malus inter ligna sylva; sic dilectus meus inter filios.
Discrimē est inter eos, qui faciunt se Christos, & inter ipsum Christum. in Christo sunt fructus suaves, in aliis non sunt fructus. Christus est lignum vitae solus, non quisquam aliis. In umbra ejus desideravi sedere, & fructus ejus dulcis palato meo. sub tutela, sub regno Christi diu desideravimus esse, dum durarunt secula tyrannorum: atq[ue] adeo ab initio omnes patres optarunt illud tempus, quando Messias obtineret regnum, ut haberent pacem, & justitiam. tandem obtinebit Ecclesia, ut sit sub regno CHRISTI, in quo quisque fatebitur se tandem beatè vivere.

4. Introduxit me in cellam vinarium, & vexillum ejus super me amor. Aliud est vinum quod dat Papa, & falsi Christi, aliud, quod dat Christus. alia sunt bona, & regna terrena, alia cœlestia,

cœlestia, & æterna. alia est sapientia hominum, alia DEI: Qui Christum volunt, & amant: auent esse sub ejus umbra; non sequi falsos Christos, inducuntur in cellam vinariam Christi, non hominum. ibi sentiant amorem, quo se DEVS Pater, & Christus Jesus prosequuntur: sibi aperiuntur mysteria, unde ductus sit Pater, ut Filium suum datus esset morti pro sua Ecclesia: unde Filius pro sponsa sua illam subire voluerit, charitate illa imbibitur Spiritus sponsæ, à Spiritu Christi tangitur, & afficitur Spiritus ejus, ut tota amore DEI ardeat. omnes ejus sensus nil sapiant, nil magis norint, quam quod sint imbuti amore Christi, ut tantum ipsum, & Deum amet, quantum sentit se amari. ad hoc vexillum intuens Paulus, ait. spes, fides, charitas. tria hac. major autem est charitas. ordinavit in me charitatem ait vetus interpres, ut intelligas te ea regula, & ordine debere amare Deum, & CHRISTVM JESVM, qua te amarunt.

5. Fulcite me floribus (vasis vi-

E + nariis)

nariis) stipate me malis, quia la-
guens amore sum. Spiritu charita-
tis Christi comprehensa Ecclesia, deficiunt
alii sensus in ea; petit ut sustentetur eo-
dem Spiritu, ut possit magis, ac magis ama-
re. sentit quantum ametur, ardet deside-
rio, ut tantundem amet; sed id non valeat
homo ut tantum Deum amet, quantum
amatur. petit ergo ut sustentetur eo ut
no, eo Spiritu DEI Patris, quo capta est,
quo Pater dedit ei gustum sui amoris sua-
vissimi: substernantur sibi poma, roboret-
ur spiritu Christi, quo se amavit, ut pro
ea moreretur, quo eam sibi conjunxit in
unum corpus mysticum.

6. Læva ejus sub capite meo, &
dextera ejus amplexabitur me.
Per amore ergo, quo se prosecutus est DEI
Filius, sentit se ejus esse, se quiescere in
magna spe, ut sit defensa ab omnibus ad-
versariis, ut liceat sibi esse sine ulla mole-
stia, lava sponsi posita sub ejus capite. sit
sanctificata, & ducta in unū corpus cū Chri-
sto complectente se totam dexteram Christi.

7. Adiu-

7. Adiuro vos filiae Jerusalem
per capreas, vel cervos agri, ne
suscitetis, & ne evigilare facia-
tis amore (dilectam) donec velit.
Quæ dicta sunt de regno, & de amore, ac
fructu amoris obtainendo in regno, dum
fuerunt in statu legis, debuerunt postre-
mo perfici atate septima. quia ait Paulus
Heb: 3. Si sermo divinus non fuisset de
alia requie, permanisset perpetuò ille sta-
tus, nec habuisset ullam commutationem.
ergo dum status ille datus fuit per Moysen
& Iosuā, aliis expectabatur in primo ad-
ventu Christi, & in secundo. in quo finis
futurus esset malorum. & quia erat pro-
missus à Deo, erat tanquam esset datus. in-
terea Ecclesia vivebat in charitate Dei in
spe certa, qua spes certa hic dicitur amor,
quasi possideantur jam promissa. quiescit
ergo Ecclesia tanquam dulci somno capta in
amore Christi expectando diem lucis, quo
ducta sit in possessione regni Christi. dum
autem quiescunt fidi Christi in ea spe, &
charitate, & cultu Christi, monentur a Deo

E s qui

qui capita se faciunt in Ecclesiis, monetur
& Ecclesia ducta à priori, & ab Apostolica,
nec tamen hanc in omnibus sequentes
ne alium cultum inducant, non aliam cha-
ritatem, non aliam spem. Qui autem si-
di sunt, nemo mortalium eos deducet, quin
semper sint Christi, quin sint conjuncti
Christo. nemo mortalium privabit eos sua
spe, & charitate, quam habent in Domi-
no. hinc dicitur illud Pauli. Quis nos se-
parabit à charitate Christi? an tribulatio,
angustia? & quæ sequuntur. Jubet, & ad-
jurat per capreas, & cervos agri, per fidos
suos, qui vagantur per varias regiones a-
spirantes ad montem, qui extollitur su-
per alios montes. tunc hi arguent Ecclesi-
as illas, & principes illos, & capita illa, qui
privare voluerunt Ecclesiam veram suo a-
more, & spe in suum Christum, dum expe-
ctavit illum publicè patefaciendum, quem
ipsa tenebat comprehensum in lecto sua
conscientiae.

8. Vox dilecti mei: ecce iste ve-
nit saliens super montes, trans-
liens

liens colles. Pergit Ecclesia somnū suum:
non movetur per falsos Christos, per duros
tyrannos. contemnit, non audit eorum vo-
ces, & minas. audit verò Christum, quan-
do facit novum verbum Moysi, Iosuæ, Sa-
mueli, & aliis Prophetis, & novis Proph-
etis post Christū. & præsentim quando ve-
nit secundo ipse Christus, & transit super
montes, per regna prædicat suum Evange-
lium, & percitat virga ferrea, excurrit
ita colles, status varios hominum.

9. Similis est dilectus meus ca-
prea, hinnulog³ cervorum. ut ista
animalia salint super montes, transiliunt
colles; ita Christus, ut dixi, salit super re-
gna, & status publicos. sit repetitio, quia
ex uno populo in alium, ex populis in popu-
los deducit suum judicium, & opus inde
sequitur.

En ipse stat post parietem,
nostrum, respiciens per fenestras:
ostendens se per cancellos. Et dum
hac agit Christus in suo secundo adventu.
non

non attenditur adesse. Pauci sunt, in quibus sit fides, ut ipse prædictum. Cùm veniret filius hominis, putas, quod inveniet similem in terra? Persequitur tamen ipse agere suum opus, & percutere virga: atq[ue] inspicere opera, & sensus curusq[ue] à longe, ut omnes adducat in judicium: per intervalla ostendens se in operibus improvisis, & inopinatis.

10. Respondit dilectus meus, & dixit mihi. surge amica mea, formosa mea, & veni. Dum excurrerit prædicatio Christi per regiones, & regna: pervadit ipse gladio, & adducit suum judicium; fit sermo ad veros Evangelicos qui solum dicunt. ego sum Christi, & expectant adventum ejus: imò vident eum post se, & ad se currere. tum inquam alloquitur Christus suos futuros Ecclesiam suam, & regnum suum. & ait. Surge tibi tu qui perfers disciplinam meam: qui non deficis à me ob afflictiones, agis qua mea sunt. & veni ut sis mea Ecclesia, & regnum accipias promissa tibi ab initio.

11. Eccl.

11. Ecce. enim hyems transiit,
imber recedens abiit. nuntiat ei, tē-
pora illa adesse, quando cavendum sit, ne
fuga nostra sit in hyeme: quando pertran-
sire debeant imbres, tempestates, & pro-
celle, magna perturbationes. ut tranquilli-
tas expectanda sit, & obtainenda.

12. Flores apparuerunt in ter-
ra, tempus cantionis advenit:
Et vox turturis audita est in
terra nostra. Significatur, apparere
initia obtainendi regnum DEI, justitia, &
pacis. preparare se debent, qui sunt Christi,
& ejus Ecclesia, ut Cantent nova Cantica
pro regno a deo Christi, & victo Anti-
christo: ut incipient cogitare de constitu-
enda Ecclesia, quæ neminem sponsum suum
sit habitura prater Christum.

13. Ficus protulit grossos suos,
Et vites uva minutæ dederunt
odorem. surge amica mea, for-
mosa mea, Et veni. Incipiunt obti-
neri

neri magna regna: & initia adsunt adducendi innovationem Ecclesiae. Quæg̃ Ecclesiae me amantes, ait Christus, hinc inde cogitent de una sponsa mea constituenda.

14. Columba mea in scissuris petrae, in abscondito gradus: ostende mihi aspectum tuum: fac me audire vocem tuam. vox enim tua dulcis, & aspectus tuus decorus. Tu jam quæ es occulta; quæ abscondis te intra montes, quæ sub gradibus scalarum latitas in magna tribulatione, existas tandem, & ostende te mihi, prodeas in conspectum hominū, quem tamdiu refugisti: fac ut audiatur vox prædicationis tue, vox Evangelii mei. vox tua dulcis. sentiatur desiderabilis vox Evangelii nunciantis pacē cum Deo, & bonū, vitā in Evangelio. Jam non diceris heretica, nō mala accipieris. gratus erit jam aspectus tuus.

15. Capite nobis vulpes, vulpes (inquam) parvas corruptentes vineas:

vineas: & uva nostra uva par-
væ. (minutæ). Primum ostendunt vineæ
uvas. Magnæ vulpes cœptæ sunt capi,
magni tyranni, & inquisitores. qui restatæ
parvi tyranni, & inquisitores monachatus,
ac reliqui hypocritæ capiantur, ne ultra per-
dant populum, dum incipit multitudo cre-
dentium, & nuper nati Christo compleere
Ecclesiam.

16. Dilectus meus mihi, & ego
illi, qui pascit inter lilia. Christus
tunc ostendet amorem suum erga Ecclesiā
suam: atq; fideles tunc solum Christū ad-
mittent, & habebunt caput, & Dominū,
quem magno amore prosequētur, dum pa-
scet inter lilia, dum per Galliam, & alia re-
gna, que sunt sub decem tribubus præ-
cabit suum sanctum verbum, percussis &
amoris tyrannis Antichristis.

17. Donec aspiret dies, & fu-
giant umbræ. revertere, & si-
milis esto dilecte mi caprea, vel
hinnu-

hinnulo cervorum super montes
Bether. Instabunt duces Evangelici ve-
nari, & capere vulpes magnas, & parvulas.
instabunt ministri prædicare Evange-
lium, ac pascere populum verbo Dei. dabo
multos pescatores, dabo multos venatores
ait Deus Ier: 16. pugnabunt utrig, ferris,
& prædicatione usq, dum aspiret dies, eje-
cti sint impii, & tyranni, qui tenebris er-
rorum implerunt statu Populi Christiani:
atq, illucescat dies, patesiat veritas, cogno-
scatur Christus. & sit dies lucis: sit libera-
tio à malis sub tyrannide Edomea, que ha-
ctenus dominata est. Revertere, &
similis esto caprea, vel hinnulo
cervorum super montes Bether.
Vnde postquam victi fuerint tyranni: atq,
populi credentes venerint in Ecclesiā Chr-
isti, vertet se Christus à pugna armorum
contra adversarios ad constituendam Ec-
clesiam suorum. insidabit in concilio super
ministros provinciarum, & civitatum: &
sicut divisio statutus populi D E I, à statu pa-
paorum

patorum per doctrinā aliam, & diversam
à Satanica, repente Christo vineam su-
am, & regnum suum.

C A P V T . III.

SN hoc capite, dum narratur re-
gnum deferri ad Christū, &
administratio Ecclesie ad fide-
les; recognoscimus & quæ antē
facta sunt in constituendo regno Israēliti-
co, & cultu D E I publico in illo, quod fuit
figura regni futuri in secundo adventu
Domini; & cultus ille legalis continebat
in mysterio Evangelicum. atque charitas
D E I, quæ tum præcipiebatur, ut toto cor-
de, tota anima, omnibus viribus amare-
mus Deum, si alias unquam, tum in statu
secundi adventus Domini debebit conjun-
gere omnes credentes in unum corpus cum
Christo, Deo Patri, unde existat per cha-
ritatem unum Ovile, & unus Pastor.

Capite primo jubebatur audiri Chri-
stus in secundo ejus adventu, dum repe-
ret prædicationē Evangelii, ut nuntiabat
cap. 13. Marci, oportere fieri antequam alia

F agerent

agerentur: item predicari Evangelium
gni, ut nuntiabat cap. 24. Matthæi, dum
adesset tempus complendi omnia que scri-
pta erant, ipsam scilicet Prophetiam, ut
nuntiabat cap. 21. Luca, atque Ecclesia ha-
p̄d̄cans, & agens, & adherens uni Chri-
sto, erat regnatura cum Christo. Hac autem
in prima etate promissionum nuntiaban-
tur eadem futura, & prestabantur in fe-
de. ut quæ fuerunt Abraha, & Iacob, &
Josephi continebant Prophetiam eorū quæ
erant futura temporibus posterioribus, &
complenda in postremis. In Isaaco, que er-
rant Christi in eius Evangelio. Atq; Eccle-
sia conquiescebat tunc in spe, & nūc, dum
primò coepit est innovari prædicatio, inci-
pit, qua sperat, videre, restitutionem Ec-
clesia Apostolice, & cultum Evangelii in
regno restituto Christi. Vnde capite se-
cundo Christus, & Ecclesia ostendebantur
obtenturi regnum mundi. quod constitu-
tum fuerat ante in parte, etate secunda
per Mosem, & Josue. & dum fuit ante tur-
batum ob peccata per impias gentes, &
tandem ablatum, in spe mansit Ecclesia, ut
restinuerit.

restituueretur. arg^z, nunc post cæptam innovationem predicationis Evangelicæ; paratur, ut restituatur, & perficiatur in toto mundo, dum incipit Christus dominari in regnis per prædicationem. Capite autem hoc tertio, dum toto tempore Judicum, & deinceps expectatur Messias, & regnum ejus; ecce dum progrediendum est ex atate in etatem; in Davide, & Salomone instauratur, & confirmatur spes de Christo, ac ejus regno: de Ecclesia futura in Christo, & cum Christo participe illius. In quo Davide, & Salomone proponuntur illa, quæ postrema futura nuntiarunt reliqui, qui post seculi sunt Propheta de Ecclesia futura, de opere bellico configurato in his, quæ facta sunt per Davidem, de regno justitiae, & pacis consignificato in regno Salomonis: Ergo dum tempore succendentis secundæ etatis Ecclesia expectat, & optat Christum sibi adesse: dum nos his temporibus post auditam prædicationem Evangelii & est expectatio liberationis ab adversariis in regno Christi tandem allato, & in Ecclesia innovato, ait ipsa Ecclesia.

1. In cubili meo in noctibus quesi
vi, quem diligit anima mea:
quasi si eum, & non interveni en.
In cubili suo, in statu, in quo erat Ecclesia
toto tempore iudicum: in noctibus, dum
fuit bellandum cum gentibus, dum fuit
pius cultus obscuratus, erat altare tu Baal,
al servierant Baalim. requirebatur DEI
cultus in Christo, nec inveniebatur ita hoc
tempore, dum Papismus regnat, dum sunt
bella, & occiduntur pii; qui sunt ex vera
Ecclesia, expetunt Christum liberatorem,
& qui innovet Ecclesiam inter tot pradi-
catores, & ministros verbi, requiritur ut
sub uno Christo ducantur omnes, quo inno-
vetur Ecclesia Apostolica: nec obtinetur ob
adversarios, & prevaricatores.

2. Surgam nunc, & circumibo
per civitatem, per plateas, &
per loca lata quarum, quem diligit anima mea. Dum judices incipiunt
administrare, prevaricatur populus,
& deinceps usq; ad Samuelem Sacerdotem &
Prophetam

Prophetam. queritur inter duodecim tribus ubinam sit conservatus pius cultus, qui debuit esse in sacrificio futuro Christi, nec invenitur. queritur hoc tempore, ut unus Christus recognoscatur caput Ecclesie, & ille unus habeatur, quo sit pax. nec invenitur. quare per provincias, civitates, & loca, an susceptus sit Christus in secundo ejus adventu, ut ipse solus cognoscatur caput, cuius verbo copioso exposito in omnibus Prophetis, & in Evangelio obediatur, ut fiat vera innovatio Ecclesie, & adducatur ejus regnum. non invenitur, ubi suscipiatur ita CHRISTVS.

3. Invenerunt me custodes, qui circumneunt civitatem (quibus dixi) Num quem diligit anima mea vidistis? Custodes, qui habentur verbi DEI custodes, qui sunt status politici, audiunt quidem mentionem fieri de Messia: ministrant in Ecclesiis & in regnis, & statu publico; si audiunt Messiam esse expectandum, cultum innovandum, tacent. monebatur Eli tempore Samuelis,

ut corrigeret Ecclesiam, nec audiebat nec
audivit Saul Samuel. Si hoc tempore
queras ubinam dicatur. Ego sum C H R I-
S T I; mirum erit silentium.

4. Quum paululum pertransi-
sem ab eis, tunc inveni, quem
diligit anima mea. apprehendā
eum, nec dimittam eum, donec
introducam eum ad domū ma-
tris meæ, & in cubiculum geni-
tricis meæ. Post Saul inventus est Da-
vid, in quo datur tunc in spe Christus. de
quo Davide dicitur Psalmo 89. Percusſt
fædus cum electo meo, juravi Davidi ser-
vo meo. usque in seculum stabiliam semen
tuum, & edificabo in generationem, & ge-
nerationem thronum tuum. Inveni Da-
vid servum meum, oleo Sanctitatis met-
unxi eum. & quæ sequuntur. cuius Davi-
dis opus cùm figura fuerit Christi, nunc,
quod figuratum fuit in Davide, perficitur.
Itaque dum pī tunc in Davide figurā ha-
buerunt Christum, nunc habemus ipsam
Christum

Christum figuratum in Davide. fuit maxime tunc confirmata fides de Messia in toto Israele, quæ non recessit ab animo cuiusq; circuncisi Domino. Similiter nunc qui norunt Christū adesse, retinent illum firmā & certa spe nunc adducturum Ecclesiam Apostolicam, & se habituros illum in suis Ecclesiis revocatis in Apostolicam.

5. Adjuravi vos filia Ierusalem per capreas, vel per cervas campi, ne suscitetis, nec evigilare faciatis dilectam, donec velit.

Ut capite superiori monebantur qui se capita in Ecclesiis faciunt: & ipsæ Ecclesia, ne dimoverent fidos Christi à spe, quam habuerunt de Messia suo: itidem hic monentur, ne deducant à sua fide & spe credentes, si ipsi nolint credere. qua dicta sunt capite superiori versa septimo, poterunt hic repeti, & intelligi Ecclesia, quæ sit sua fide perventura in regnum CHRISTI.

6. Quæ est ista, quæ ascendit è deserto sicut columna fumi (odo-

rati) suffita myrrha, & thure,
& omni pulvere aromatarii.
Ecclesia illa auēta numero credentium in-
dicatur ingredi in regnū Christi. que qui-
everit in Christo, institerit in meditatio-
ne verbi DEI, persistenter illud prædicare,
ac agere que sunt Ecclesia Apostolica olim
ducta in desertum, dum se persequeretur
draco Apoc: 12. Hanc igitur Ecclesiam com-
mendat Christus, ac ostendit ipsam esse,
que ducta fuerit in desertum & tempore
Mosis, & tempore Papatus: atque nunc
redire ē deserto, & solitudine in conspectū
hominū. videturq; ascendere sicut columnā
fumi odorati, tota repleta spiritualibus
donis, & facultatibus; atq; spirare undiq;
spiritualia cum doctrina, & opere, & exem-
pto Ecclesiæ Apostolica.

7. Ecce lectus ejus, qui est ip-
sus Salomonis. sexaginta fortes
sunt in circuitu ejus ex fortibus
Israël. Quia est Ecclesia Apostolica, quā
duxii sponsus; ait sponsus CHRISTVS
Jesu.

¶ E S V S. Ecce lectus Salomonis: ecce tem-
pus, ut habeat me sponsum, sim perpetuo se-
cum, non ultra opprimetur à tyrannis, ut
in desertis latere cogatur. ad sunt in Isra-
él, in populo ejus, qui se defendant. omnis
fortitudo, & potentia mundi deducetur in
populum Israëliticum.

8. Omnes ipsi tenent gladium,
docti bellatores. uniuscujusque
gladius est super femur suum,
propter timorem in noctibus. Vis
bellica ducta est ad Evangelicos, ut possint
deinceps tutari se ab incursionibus hostiū.

9. Tentorium fecit sibi Rex Sa-
lomon ex lignis Libani. Regiam
paravit sibi Christus, & regnum pacifico-
rum sequentiam quæ sunt CHRISTI,
& ipsum CHRISTVM.

10. Columnas ejus fecit argen-
teas, stratum ejus ex auro, ope-
rimentum ex purpura: medium
eius est stratum ex amore filia-

rum Jerusalem. Quod quidem regnū sustentabitur veritate, & puritate verbi DEI. perseverabit in imitatione Christi, & observatione praeceptorum ejus; conservabitur, & tutum erit iustitia vigente in eo, & dominante charitate, qua erit diffusa in corda hominum: qua retinebit omnes, & singulos conjunctos inter se, atq; maxime Ecclesiasticos, & politicos inter se. Sacerdotes ponebantur in medio castrorum, qui in medio populi debebunt esse conciliatores charitatis in toto regno Christi.

11. Egredimini, & videte filium Sion regem Salomonem in corona, qua coronauit eum mater ejus in die desponsationis sua, & in die latitiae cordis sui. Nunc invitantur omnes in toto populo Christiano, ut contemplentur regnum Christi, & Christum talem quallem descripsérunt Apostoli, quando constituit ipse Ecclesiam, qualis nunc ex verbo Apostolico, & Prophetico eadem constituitur, quando fit illud Dan:

9. ut finiatur prævaricatio, & adducatur
justitia sempiterna: finiatur visio, & Pro-
phetia. ungatur Sanctus Sanctorū: quan-
do sicut nuptia agni Apo: 19. & est gau-
dium, & latitia. Datur laus Ecclesie, quod
coronaverit sponsum suum, ut indicentur
credentes reliquise Papam: atq. Christum
coluisse, & clamasse regem suum.

In hoc capite facile potuimus adver-
tere, quæ fuerunt Salomonis in tertia etate
deduci ad postremam: & quæ sunt po-
stremæ habuisse figuram in his, quæ fue-
runt Salomonis. idcirco conjunctim addu-
cendam fuisse interpretationem ex his,
quæ fuerunt tertiae, & postremæ etatis de
Ecclesia.

C A P V T I I I .

REPE TENTES adhuc ordinē
dicamus, Salomonem egisse capi-
te primo de Ecclesia, quæ suscep-
rit unum verum Christum: sustinuerit af-
flictiones, ut probetur à Christo in ejus ju-
dicio, & cum ipso deinceps regnet, ut etat-
e prima, quæ fuit promissionū se prestitit.

Capite

Capite secundo egit de regno constituto in
populo D E I atate secunda, restituendo in
septima, quando Ecclesia per charitatē jun-
cta Christo cum ipso iure regnatura sit. Ca-
pite tertio facta est adhuc magis certa, & ta-
te tertia in his, quae in regno Salomonis
fuerunt figura regni Christi: atque nunc
videt, quod fuit figuratum, se obtinere.
Hoc autem quarto capite illa describitur, ut
fuit atate quarta Apostolica, in quam ve-
niant quae fuerunt prima, secunda, & ter-
tia etatis: & que perducta sit ad quintā,
sextam, & tandem septimam: transferitq;
semper per afflictiones, per aquam, & i-
gnem, ut ipsa ait Psalmo. 44. Persistens
semper eadem usque ad id tempus, quando
perfectis operibus bellicis suscipiat adminis-
trationem in regno Christi, & consti-
tuat Ecclesias ubique.

1. Ecce tu pulchra es amica me-
a, ecce tu pulchra es: oculi tui co-
lubarum inter cincinnos tuos:
capillus tuus sicut grex capra-

rum,

rum, quæ ascenderunt de monte
Galaad. Ut Ecclesia proposuit Christum
regem mundi, qui antè fuit despectus; ita
nunc vicissim Christus proponit nobis con-
templandam Ecclesiam in suo secundo ad-
ventu, quæ fuerit omnibus superioribus
et atibus perspicua facta quidē etate quar-
ta in Apostolis, conspicienda nunc magis se-
cundū formam Apostolicā postquā pervenit
in Catholicam qualis, & quam magna sit in
regno Christi. Si fuit nigra, & fusca an-
te in persecutione, & pulchra intus donis
Spiritus Sanctis; nunc ducta sub regnum
Christi pulchra sit etiam in autoritate,
in administratione, pulchra in muneribus;
& facultatibus, pulchra inquam in spiri-
tualibus, quæ vocat Paulus. Una autem
descriptione unam, & eandem indicat Ec-
clesiam Apostolicam, & Catholicam in re-
gno Christi. videtur autem ita eam descri-
bere, ut descriptus fuit Christus in ornatu
Pharaonis, ut sit tamen illud discrimen,
quod Christus fuerit ante, & post: in se
fuerit Ecclesia, nō ipse in Ecclesia ab initio.

etq;
33

atq; illæ tantum partes describuntur, quæ
sunt Spiritus sumpti à Christo. Pulchritu-
do ergo Ecclesia ostenditur primum in ocul-
lis, quod sit tota spiritualis à Sancto San-
ctorum, qui secundum Spiritum sanctifi-
cationis sit Filius Dei, sanctificans omnes,
qui sancti sunt. quæ intueatur illa, quæ
sunt Spiritus Sancti diffuso spirient Sancto
in ipsam, ut diffundebatur in Apostolos, &
altos unda congregatos. Ut aperiebantur tūc
illorum oculi, ut viderent mysteria DEI,
& scripturarum: casto, ac ardenti amore
se complecterentur: per charitatem multi
inter se fierent unum corpus Christi; ita
videtur futura Ecclesia in regno Christi.
Et quemadmodum cap. primo Apoc: oculi
Filii hominis apparent sicut flamma ignis,
similiter ab illa flamma illustratur Eccles-
ia; ut videat, quæ non videbat, amet, quæ
non amabat, antequād charitas DEI dif-
fusa esset in cordibus. inter cincinmos
tuos. inter decorem, quem servat in suis
actionibus Ecclesia in cultu DEI, in admiri-
stratione, in omni opere: est lux spiri-

*tus, qua novit, qua sunt D E I, qua sunt
charitatis D E I, & C H R I S T I J E S V
in se: & qua charitate Deum, & C H R I-
S T V M J E S V M complecti debeat: qua-
que singulos, in quibus est idem Spiritus
Christi. Capillus tuus sicut grex
caprarū, qua ascendunt de mon-
te Galaad. Facultates, & dona spiri-
tus significātur. qua spiritualia vocat Pau-
lus. Quemadmodum caprae complent aspe-
ctum montis, depascunt inde, ita in regno
Christi, & ejus Ecclesia apparent fideles
ornati, & donati plurimis facultatibus,
quibus tota Ecclesia, & regnum D E I de-
coretur. & quia dicitur. ascendunt de mon-
te, indicantur illa spiritualia prodire ac
descendere à Spiritu Christi qui est caput
Ecclesiae.*

2. *Dentes tui ut grex (ovium)
tonsarum aquabiliter, qua a-
scendunt de lavacro, qua omnes
pariunt gemellos, & non est ste-
rilis*

rilis in eis. Postquam datum est lumen
DEI, & eorum, quae Dei sunt, ac sua le-
gis; quod indicabatur in oculis: & facul-
tates, & dona spiritualia varia, & multa;
quod indicabatur in capillis; indicatur in
dentibus secundū illas opus sive dicas ru-
minādi, sive contēplandi, quae accepisti, &
utēdi illis æquabiliter in tota Ecclesia. itē
indicatur ipsa charitas, qua junguntur o-
mnes in idē corpus: æquabilitas in aqua-
liter detonsis, ne quis se caput aliorum fa-
ciat, ne sit tyrannus, ut unus sit onus tuus re-
gnis, alter pane egeat. & de his audiatur
Paulus, ne nos videamur prater scripturas
quid adducere. in lavacro omnino intelli-
gitur baptismus, ut omnes eodem spiritu
baptizati in unū corpus, cognoscamus nos
omnes esse membra, & fratres. & nemini
nō nostrum debere esse, qui non prestat
opus suum in Ecclesia, ut in uno corpore
non est membrum, quod non serviat alte-
ri, quod non veniat in idem opus cum tota
corpore. Omnes pariunt gemellos.
studebit quisq; opus suum augere. ductus
spiritu

Spiritu Christi, non dicit. egi pro mea parte opus. Sed quantum dabitur, illud magis, ac magis promovebit. non dicit. dedi satis pro mea parte. audiet illud Pauli. qui parum seminat, parum metet. non est sterilis in eis. nemo erit otiosus, & qui non utatur facultate, & dono dato.

3. Sicut vitta coccinea labia tua,
Eloquium tuum decorum (dulce, optabile) sicut fragmen mali punici tempora (frons) tua inter cincinnos tuos. Prædicabunt Christum, sacrificium Christi: professionem de Christo signatam in vitta coccinea: prædicant cum CHRISTO fuisse patiendum.
Eloquium tuum optatum. prædicant gloriam futuram in his, qui passi fuerunt cum Christo. Sicut fragmē mali punici tempora (gena, frons) Et dum servabunt decorum in administrazione, in omni actione, & operatione; etiam verecundè agent omnia, & cum timo-

G re,

re, tanquam in conspectu Christi, & Dei
Patris, ne sibi arrogant, quae sunt Dei, dum
sunt ministri: non faciant se Christos, qui
sunt servi Christi, atque dati in opus Ecclesia.
ut edant ut grex aquabiliter tonsus, ita
se gerat quisque, ut granum mali punici cum
granis mali punici in eodem corpore Ecclesia,
& ut sunt aquabiliter rubea grana mali
punici, ita quedam similis verecundia exi-
stat in singulis non solum ante Deum, sed
coram tota Ecclesia, ne quid fiat, quod in re-
prehensione, & in offenditione, venire debet.

4. Sicut turris David collum-
tuum, adificata ad propugnan-
dum. mille clypei suspensi sunt in
ea: omnia scuta potentium.
Quemadmodum in magistratu politico sunt
locata, sunt propugnacula erecta: sunt
quaque arma parata ad defensionem; ita ple-
na est Ecclesia doctrina verbi Dei Evan-
gelici, & Prophetici, qua tueatur se, qua
vincat hereticos, & subjiciat omnes Chri-
sto, & ejus verbo: authoribus sacris refu-
get,

ter, & vincat profanos. Et quoniam in superiori versu actum est de prædicatione, & sermone, de decoro, moderatione, verecundia, hic erunt assumenda quæ multis in locis agit Paulus de modestia servanda, de arguendis his, qui perperam agunt, & de similibus. quia in ministris Ecclesie erit ratio, & facultas, & authoritas monendi, & corrigendi quaque prava.

5. Duo ubera tua sicut duo binuli gemelli caprea, qui pascuntur inter lilia. Ubera sunt Ecclesia duo, è quibus manat doctrina Evangelica, & Prophetica. quam habet ab eo, de quo dixit. meliora sunt ubera tua vino. habet ab eo, qui dixit. mittam vobis Spiritum Sanctum, qui ducet vos in omnem veritatem. & quæ futura sunt nuntiabit vobis. utraque doctrina data fuit simul Apostolis. utraq^z dabatur in Ecclesia innovata, quando ministri verbi pascent inter lilia, inter regna Christi. Et hæc dicta sunt ut ostendat, ministros ex doctrina Evangelica, & Apostolica; ex lege, & ex Prophetis habitueros

bituros satis, ut instituant omnes in Ecclesia, ut corrigant omnia: habituros & auctoritatem, quia erit regnum DEI, ubi vigebit justitia.

6. Donec aspiret dies, & fugiant umbras: ibo ad monte myrræ, & ad collem turris. Hac quæ narrata sunt debuerunt effici, & fuisse in Ecclesia, ut fuerunt in Apostolis, quemadmodum dabatur facultas dum fuit status tenebriosus Papisticus usque dum adesset regnum Christi, quando poterunt effici, & efficientur omnia, ut expositum est. Interea audiēdus fuit Petrus, qui monuit nos, ut memores essemus eorum, quæ locuti sunt Prophetæ, & doctrinae Apostolorum, dum memorat, quæ sunt judicii futuri. ut in his cùm antè, tum in secundo adventu Domini essemus attenti: pasceremus verbo Evangelico, & Prophetico. sustentaremus promissis in utroq; verbo, de regno Christi, usque dum illud obtineret totum orbem: ubique prædicetur Evangelium, ubique aperiantur libri Prophetici.

7. Tota pulchra es amica mea,
Et macula non est in te. Vocent in-
terea te hereticam, quantū velint, vulpes
devorantes vineam, mentientur dum ad-
erit Christus suscipiens regnū suum : tum
tota eris pulchra & in specie externa, &
re ipsa.

8. Mecum de Libano sponsa,
mecū de Libano venias: Et pro-
spice de vertice Amana, de ver-
tice Senir, & Hermon: de habi-
taculis leonum, de montibus par-
dorum. Tu sponsa mea, que dealbata
es in sanguine meo, que dealbata es in
corpore meo, dum iterū crucifixus sum in
membris meis. ut mecum es passa, ita me-
cum veni, ut ostendam tibi, & videas un-
de venerimus, & prospicias, quò tendamus.
venimus è regnis tyrannorum, qui nos af-
fixerunt, interfecerunt, merserunt aquis,
combusserunt igne, devoraverunt. Et hic
est sententia illa Apoc: 7. 14. His sunt, qui

venerunt ex magna tribulatione, & la-
verunt stolas suas in sanguine agni. ideo
ante thronum D E I sunt, & quæ sequun-
tur. que sententia pluribus exponitur cap.
3. Sapientia. & in hoc versu reddit a est
ratio, quare vera Ecclesia habita sit here-
tica quod fueris inter tyrannos hereticos
sanguinarios.

9. Vulnerasti cor meum soror
mea, sponsa: vulnerasti cor me-
um uno ex oculis tuis, & una
torque colli tui. Hic recognosco illud
Psalmi tertii. multi dicunt animæ meæ, nō
est salus ipsi, in Deo ejus, tu autem Domi-
ne, clypeus meus es, gloria mea, & exal-
tas caput meum. ita hic ait sponsus. si ty-
ranni, & hypocritæ habuerunt te hereti-
cam, habui ego te veram sororem meam,
qua probata sis D E O Patri, ut sis sponsa
mea. Amavi te, probavi te in fide qua me
complexa es, qua Spiritui meo subiecisti
Spiritum tuum, quo me intuita es, me &
masti vehementissimè in tanta tribulatio-
ne. ibi obtuli cor meum, ut te amem: te
amem,

amem, que sustinueris certamen cum tot
adversariis Antichristis.

Io. Quām pulchra sunt ubera
tua soror mea sponsa: pulchri-
ora sunt ubera tua vino: Et odor
unguentorū tuorum præ cunctis
aromatibus. Ut ex fide, & charitate
probata est à Christo Ecclesia sponsa sua, pro-
batur quoq; vera ex doctrina, & prædica-
tione. Ait enim Christus, continuisti do-
ctrinam meam, verbum Propheticum, &
Apostolicum, que præstant omnibus do-
ctrinis hominum. illam docuisti, & defen-
disti. ut tandem nullus cultus inveniatur
in omnibus terris, qui redoleat Spiritum
DEI, veram pietatem, & immortalitatē,
quām is, quem à me accepisti, in quo vitam
habes, & in quo quiescat anima sitiens im-
mortalitatē. Et hic probatur, Evangelio
prædicasse doctrinam Christi, datam à
Patre, ut nullo modo possit esse heretica, &
eorum cultus non nisi pius.

II. Favum distillant labia tua

G 4 sponsa:

sponsa: mel, & lac sub lingua tua,
& odor vestimentorum tuorum
sicut odor libani. Idem repetitur, &
confirmatur aliis allegoriis, quod praedicta
verit sponsa veram doctrinam Catholicam
predicaverit secundum adventum Domini;
doctrinam inquam Propheticam signata-
tam in melle, & Apostolicam signatam in
lacte, in cultu, & administratione; & in
vita redoleat vitam Apostolicam, vitam
qua requiritur in regno DEI, requiritur
ab ea, quae sit sponsa in regno DEI.

12. Hortus conclusus soror mea
sponsa: hortus conclusus, fons ob-
signatus. Tu separasti te ab omnibus
Ecclesias alienorum, ab his, qui se Christos
fecerunt, & capita in hortis, in Ecclesiis,
qui arguuntur in Isaia cap. 66. ver: 17. &
18. retinuisti doctrinam, in qua est vita,
sejuncta voluisti esse à Papistica. non de-
disti locum apud te impiis, & adversariis.
non eos admisisti in concilia, in quibus ego
loquor. non eos, inquam, qui doceri non pos-
sunt. Prov: 27. 22.

13. Plan-

13. Plantationes tuae, hortus
malorum punicorū cum fructi-
bus dulcibus cypri cum nardis.

Dum coluerunt Ecclesiam ministri Christi,
plantaverunt Ecclesias, in quibus fuit u-
nitas, coniunctio, & consensio in una chari-
tate Christi cum doctrina una Evangelii-
ca, & Apostolica.

14. Nardus, & crocus, canna,
& cinnamonum cum omnibus
arboribus libani: myrrha, & aloës cum omnibus electis (præci-
puis) aromatibus. Plantat Ecclesia
in horto Domini, & in populo suo ministros,
ut sint gerentes munus Apostolorū, & Pro-
phetarum: doctorum, & potestatum: sint,
qui medeantur, qui opitulentur: sint qui
custodian, qui interpretentur, qui linguis
loquantur. præterea ille sapientia, ille co-
gnitione rerum valet: in illo elucet fides, &
fiducia magna, in alio lumen Propheticū,
in alio aliud. ut sint facultates in Ecclesia.

G 5 redolen-

redolenti Spiritum D E I multiplicem: &
que diffundantur omnium per omnes, &
per totam Ecclesiam.

15. Fons hortorū, putens aqua
rum viventium, & quæ fluunt
ex Libano. Est ipsa Ecclesia Catholica
coacta, in qua agit Christus. quæ irrigat
arbores dictas in superiori versu, redolen-
tes odores suavissimos quæ per omnes pro-
vincias emitit disciplinam Christi, & cul-
tum, & rationē totius administrationis,
ut instituantur omnes Ecclesiae. mittit do-
ctrinam, in qua est vita eterna, ductam
concilio, in quo dominatur Christus, & in
quod influit thesauros.

16. Surge aquilo, & veni ait-
ster: perfla hortū meum, & flu-
ent aromata illius. Veniat afflictio,
veniat tribulatio magna, ducatur in expe-
rimentum Ecclesia, tum magis sentientur,
& apparebunt odores, & vis Spiritus, &
constantia, & perfectionis in ea. Sive di-
cas ad sis tu Christe, & invisas hortum
um;

um; senties odorem, fluent aromata illius.
Veniat ergo Christus in Ecclesiam suam,
percipiat fructus passionis, quam pro ea su-
stinxit in cruce. ut restituueret eam in se-
ipso hortum superna voluptatis.

C A P V T V.

DVM vera Ecclesia perstat in
secundo adventu Domini a-
mare suū sponsum defenden-
do ejus doctrinā Propheticam,
& Apostolicam: sustinere afflictiones, ut
in eo perpetuo conquiescat, quemadmodū
prima atate quæ fuit promissionum, persi-
stebat in fide de semine, in quo obtineret
salutem, & promissa de possessione terrarū
cum Christo: Dum sperat per charitatem,
qua juncta est sponsō suo, se perventuram
ad regnum Israëliticum restitutum, cuius
constitutio cœpta sit atate secunda. Dum
sit certa de eo obtinēdo figurato atate ter-
tia in Davide, & Salomone. figura quarū
veritatē incipit videre in eventu eorum,
quæ exponūtur in Psalmis, & in libris Sa-

lomonis:

Iomonis: Dum perducitur in tempus Apo-
stolorum ætate quarta, & pervenit ad
finem sextæ, ut sit eadem Apostolica nunc
qua obtineat administrationem in regno
D E I, ut capite superiori quarto vidimus:
ecce in statu secundo in fine ætatis sextæ
venit in similem statum, quo fuit ætate
quinta. dum paratur sibi locus in regno
Christi, sunt qui faciunt se Christos, &
ipsa vocatur in variis afflictiones, dum co-
gitur venire in alienum statum sub alio
Christo. Ipsa verò in hoc quinto capite dū
rejicitur, & affligitur, probat nullum ali-
um posse esse Christum quād suum illum,
quem omnibus ætatis habuit.

I. Veni ad hortum meum, so-
ror mea sponsa: collegi myrrham
meam cum aromate meo: come-
di favum meū cum melle meo:
bibi vinū meum cum lacte meo.
comedite amici, bibite, & inebri-
amini vos carissimi. Venit Christus
post patientiam martyrum in Ecclesiā suam:
adduxit

adduxit statum, qui esset beatæ vitæ: complevit, quæ scripta sunt de ipsius primo adventu: & parabatur, ut fierent, quæ essent secundi. dedi ait vinum, statū regium cum Ecclesia. aperuit scripta Prophetica, & Apostolica de me. bibi vobiscum vinum, ut promiseram in cœna antequā patarer. hæc dedi vobis. comedite, & bibite; fruimini Ecclesia, & statu, quæ vobis dedi.

2. Ego dormio, & cor meum vigilat (Ecce) vox dilecti mei pulsantis. aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea. Cùm autem non fuisset susceptus tunc Christus propter illos, qui à se recedebant Christo acceptum ferebant statum illum; discessit ab illis Christus. continuit illos, qui perseverarunt esse sui in deserto usq; ad suum secundum adventum. in secundo cùm adfuit, renovavit prædicationem Evangelicā, ut educeret Ecclesiā suam ē deserto, & daret ei, quæ dederat Roma, & insuper alia. quod dum sit; ecce nunc, ut tunc, non cognoscitur Christus adesse, ut suscipiatur in

cjus

eius secundo adventu. suam prædicationem
multi cognoscunt, & se capita Ecclesia fa-
ciunt. Qui autem sunt Christi, & ducun-
tur ab Ecclesia Apostolica, dum quies pro-
mittitur in prædicatione, vigilant, ut vir-
gilabant qui erant semen mulieris ingri-
dientes è papismo in regnum Christi. & at-
tendunt ad verbum DEI, advertunt se
vocari à Christo in suis sanctis scripturis,
petere, ut sibi aperiatur. petere ab his, qui
consortes futuri sunt sui regni, qui dicunt
osculetur me osculo oris sui. dicunt. Ego
sum Christi: sunt columba Christi, fidei, &
constantes in amore. ait caput suum ple-
num esse rore, & cincinnos guttis noctis. se
dum nox est, dum sunt tenebrae Papistici,
& imitatores nunc Papistarum, se degert
sub dio, non habere sedem, quo se recipi-
at. Eadem ergo Ecclesia & initio Papatus,
& nunc, videtur vigilare; & dicere. au-
dio vocem dilecti mei pulsantis, qui vocat
me ad judicium, & ad afflictiones iterū,
& ait. suscipe me tuum Dominum verum,
non autem alienum, tu, que consors es mi-
bi in regno Patris mei: tu que es amica
mea,

mea, sponsa mea: tu quæ non deseris Spiritum tibi donatum: non venis contra, observas præcepta, non deficis à me, & ab opere meo. veni ergo mecum iterum ad pugnam. sum ejectus. vagus factus sum, dum alieni occupant meum locum, & nomen. caput meum plenum est rore: adhuc non venit dies, adhuc est nox tenebrosa tyrannorum, hypocitarum, & Antichristi pugnantium contra nos.

3. Exui tunicam meam, quomodo induam illam? lavi pedes meos, quomodo inquinabo illos? Dum vocatur piorum Ecclesia ad afflictiones priores, postquam obtinuit statum aliquem à Christo, & ut exeat è patria, & vaga accurrat terras; respondit. liberata sum à statu tyrannico, quomodo iterū patiar ab illo? lavi me ab inquinamentis Papisticis, & similibus, quomodo ultra me inquinabo in illis? seu quomodo adhuc vagus, & profugus ero ait amans Christi, si revocatus sum in Israëlem. Dum pit non putabant hæc ultra futura, sequuntur tandem

men-

men Christum suum, sustinentem adhuc afflictiones, & exilia. quamvis multi malint persistere in servitute ignominiosa: & qui non agrè ferant se inquinari; & trahere alios in priora mala.

4. Dilectus mens misit manū suam super foramen (ostii) & viscera mea infremuerunt super eum. Ad adventum illius. tangit Christus foramen ostii, statum Evangelicorum monet, quòd ingressum dederit ad tyrannum: non fuerint clausi, ut dicebatur capite superiori versu. 12. Ac dum flagellum, & malū subito adsunt, perterrefiunt, & horrent, dum percutit Christus per suos adversarios.

5. Surrexi ego, ut aperirem dilecto meo, & manus mea stillaverunt myrrham transeuntem per manubria pessali. Dum volumus esse cum Christo, dum putamus nos esse in regno Christi; ecce manus nostræ stillant myrrham;

myrrham; percutiuntur, & moriantur qui
erant victuri in regno Christi principes,
& administratores regni Christi. stillant
& digiti. populus, qui erat futurus regnum
Christi interimitur a statu Ecclesiastico, &
politico. Vbi debuit esse jus, ibi boni &
pii necantur.

6. Aperui ego dilecto meo. &
dilectus meus abierat, & prae-
rierat. anima mea egressa est,
dum loqueretur ipse. quæsi vi eum,
& non inveni: vocavi eum, &
non respondit mihi. Dum adsunt re-
pentina mala, queritur Christus, & non
invenitur, dum ipse deseritur a petenti-
bus tyrannos: recedit, & pertransit. tunc
vero recordamur Christum monuisse nos,
ut essemus vigiles; & miramur, atq; extra
nos sumus. volumus tunc esse Christi, nec
tempus fert: ad preces descendimus, nec
audiuntur. Quinq; virgines sine oleo non
audiuntur, audiuntur autem parata lu-
cernis ardentibus.

7. Invenerunt me custodes, qui
circumeunt civitatem. percusse-
runt me, vulneraverunt me: ab-
stulerunt populum meum à me
custodes murorum. Qui obtinent
civitatem, qui sunt Domini status publi-
ci, circumeunt omnia loca, ut capiant Evan-
gelicos: eos interficiant, perdant populum
CHRISTI, & Ecclesie.

8. Adjuro vos filiae Jerusalēm,
si inveneritis dilectum meum,
quid renuntiabitis ei? quod lan-
gueo amore ego. Interea qui persistat
in fide & pietate, non deficiunt, perseve-
rant in afflictionibus: quacunqz ratione
possunt; querunt locum, ubi sit accessus ad
Christum, & ad cultum Evangelicum. vo-
lunt, ut sciat Christus, se neminem praeter
ipsum velle habere salvatorem.

Adol: 9. Quid habet dilectus
tuus præ dilectis, ò pulcherrima
inter

inter mulieres? quid inquam dilectus tuus prae dilectis, quod sic adjurasti nos. Dum in statu Papistico ante, & hoc tempore verè pii nolunt recognoscere aliud caput Ecclesie, quam ipsum Christum: dum Papista dicunt, Ego sum Cephe, alii. Ego vero Paulus, alii Ego vero Apollo; causa redditur, quare unus solus Christus sit suscipiens caput Ecclesie, & occasio datur, ut ostensus sit Papa cum Papis semper reprehensus: ac reprehendatur nunc quoque cum alis, qui dicunt. Ego quidem Paulus, ego vero Apollo. Et ait vera Ecclesia.

10. *Dilectus meus candidus, & rubicundus: insignis prae decem millibus. Is est sine labe peccati, qui sanguinem suum effudit pro me moriens: is est, qui misericordiam affert, & judicium. nec talis invenitur inter omnes mortales.*

11. *Caput ejus, ut aurum obri-
Zum: cincinni ejus crisi (densi,*

H 2 nigr*i*

*nigri veluti corvus. Ipse est Deus,
& homo, à quo emanant virtutes, & fa-
cultates variae, seu spiritualia dicas in mé-
bra sua, in totam Ecclesiam suam. alibi di-
cuntur capilli ejus candidi, hic dicuntur cin-
cinni nigri, quod facultates, & vires nunc
intelligantur in tolerando, & sufferendo.
quod ipse patiatur in membris suis, qua for-
titudo sufferendi debeat patere jam, nec
quisquam debeat pudeſieri dum patiatur
ob Evangelium. & idcirco dicuntur cin-
cinni, & non capilli.*

12. Oculi ejus ut columbarum
juxta rivos aquarum, lavantes
ſe lacte, manentes juxta plenitu-
dinem. Juxta vas plenum aqua: capiſſe
primo dicebat sponsus ſponsæ. oculi tui co-
lumbarum, hic ait ſponsa. oculi tui ſicut co-
lumbarū. Spiritus Sanctus apparuit in for-
ma columba, non erat tamen columba. qua-
re hic dicitur, ſicut, ibi tantum columbarū.
ut Ecclesia debeat eſſe columba, amans in
ſimplicitate, & veritate: Christus Filius
Dei

D.E I apparuerit factus homo; impetrerit
spiritum Sanctū omnibus credentibus per
baptismum: laverit eos in suo Evangelio.
quod proposuit omnibus gentibus in uni-
verso tanquam mare, in quo se abluant ab
eterna lue ducentie ad interitum.

13. Maxilla ejus velut areo-
la aromatis, ut flores aromatū:
labia ejus, ut lilia stillantia myr-
rham transeuntem. Evangelium e-
jus, quod predicatur, est ipsa Sapientia in
qua sunt thesauri vita & eterna gaudia,
que permeant per predicationē, & diffun-
duntur per appetentes immortalitatem.

14. Manus ejus, ut annuli aurei
repleti lapidibus pretiosis instar
hyacinthi: venter ejus ut candi-
dum ebur obductum sapphiris.
Ipse est, qui dat regna, & imperia, & mu-
nera in regno suo, & in Ecclesia: ipse est
qui creat reges: est rex regum, cui parent
omnes in omni munere.

15. Crura illius, ut coluna mai-
morea fundata super bases auri:
aspectus ejus ut libani, electus ut
cedri. Ipse est qui sustinet totum statum
sui regni sua aeterna & divina potentia,
qua sustinet orbem. Ut lebanus fert densi-
tatem arborum, ita fert ipse omnes potes-
tes totius regni mundi, & ipse est DOMINUS
NVS omnium.

16. Guttur ejus dulcissimum,
& totus ipse desiderabilis. Iste
est amicus meus filia Jerusaleni.
Eius lex, Evangelium, praecepta, & dis-
iplina est ipsa vita, qua appetitur. omnia
in ejus regno sunt illa, que expeti unquam
possunt. Cum jam multi sint, qui se faciant
Christos, comparete eos cum hoc meo, & ut
dete, an possint cum hoc conserri. ut illas
quisquam pro Christo sequi debeat.

17. Quo abiit dilectus tuus pul-
cherrima inter mulieres, quo de-
clinavit dilectus tuus, & quo
rempa

remus eum tecum. Nova Ecclesia co-
gnito discrimine inter eos qui se hujus, &
illius, & plurium Ecclesiarum caput faci-
unt; adducuntur & ipsæ, ut sequantur Ca-
tholicam, quæ unum tantum novit, cum
quo nec Papa, nec alius potest venire in co-
parisonem. quod nemo præter ipsum fue-
rit sine peccato; nemo mortuus pro huma-
no genere. nemo fuerit Deus, & homo: ne-
mo cuius sanguine diluta sint peccata: ne-
mo, qui per Spiritum Sanctum dederit do-
na spiritualia plurima in Ecclesia: nemo qui
sit in sanctis omnibus suo Spiritu: nemo
in cuius nomine sint omnes credentes ba-
ptizati. nemo qui sit sapientia Patris & in
cuius nomine predicitur Evangelium. ne-
mo qui sit rex regū, & Dominus mundi.
nemo, cui dixerit Pater: Filius meus es tu;
dabo tibi gentes hereditatē tuam, & pos-
sessionem tuam terminos terre. Cū ergo
nemo sit author salutis, & caput Ecclesia
præter unum Christum; Ecclesia omnes re-
vocabuntur ad ipsum relicto Papa, & o-
mnibus aliis falsis Christis. Interea autem
dum est quinta atas & non appetet cultus

nisi Papisticus, quæsus valde fuit verus
cultus Christi, & optatus valde à piis Chri-
sti adventus. Vnde significatur Christus
monuisse de suo adventu adducente atatē
sextam ut dicetur in sequenti capite se-
xto. & simul etiam monuit, dum tempus
quintum excurrebat in secundo adventu
Domini, quod fuit bellorum, & perturba-
tionū in Gallia & alibi: atq; dissensio ma-
jor inter eos qui dicunt ego quidem sum
Cepha, ego vero Pauli, ego vero Apollo. Et
qui dicunt Ego sum Christi exceptant scire
quandōnā apparebit sibi Christus, & que-
nam Ecclesia inter consēdentes sit illa, in
qua sit Christus, quibus respondetur parti-
ter in sequenti sexto capite.

C A P V T VI.

NO N repetemus ordinem hoc ca-
pite, quemadmodum fecimus in
superioribus; sed secundum ordi-
nem positum in superiori prosequemur sen-
tentiam in hoc capite, quæ ab illo pende-
at. Nam in primo capite à certo initio per-
venieba-

veniebat ad suum finem, ad domum optatam, in qua sponsa conquiescat cum sposo suo. Capite secundo à sermone de regno dicebatur sermo ad Christum regnante super omnia regna. Capite tertio à spe Ecclesie, ad illā quæ sperabat se obtenturam in regno Christi. capite quarto à laudibus Ecclesie Apostolice, ad administrationem, quam est habitura in eodem regno Christi. Capite autem quinto agitur de regno dato populo Christiano tempore Sylvestri, & de defectione à Christo, & de Ecclesia ejecteda, quæ probat solum Christum caput Ecclesie suæ. unde non adducitur certa conclusio ut in aliis capitibus dictis antè, & in duobus postremis, ut videbimus: sed sit continuatio sententia capite sexto. ut in sexto fiat conclusio certa de vera Ecclesia obtentura regnū Christi liberatum à persecuzione Antichristi. non facta videtur item certa conclusio capite quinto, quia in eo actū est de Antichristo veniente contra Christum solum comprobatū verum sponsum Ecclesie. & fuit tempus illud, quod maledixit Job: quod non sit venturum in

memoriam cum fidelibus. non repetemus
igitur ordinem ut in superioribus; sed sit
pro hoc capite repetitio eadem, quam at-
tulimus initio capituli quinti, quando qui-
dem sententia quinti capituli excurrit ad
finem sexti, & sit quidam circulus ut finis
capitis sexti ducatur in id, quod fuit prin-
cipium quinti. ponemus ergo hic tantum
argumentum hujus sexti capituli. ut post
quam Papatus ejecit Christum, & Ecclesia
Apostolicam, hoc capite describatur appa-
ratus ad restituendam Ecclesiam, & regnum
Christi. ut Christus veniat in Ecclesia su-
am etate sexta: incipiat in ea innovatio,
mittat Prophetas novos tota illa etate,
qui parent omnes ad innovationem, nun-
ciant adventum Domini, ut restituatur
Ecclesia, & regnum Christi, in quod Eccle-
sia probata a Christo, vera Catholica &
 sponsa sua, celeriter currat in suum regnum,
quando Ecclesia Papistica adducet cades, &
magnam perturbationem. obsecro videa-
tur caput 12. & 13. & 14. Apocalypsis, &
illa conferantur cum his duobus, quinto, &
sesto, an eadem tractentur

1. Dile-

I. Dilectus meus descendit in
hortū suum, ad areolas aroma-
tis, ut pascat in hortis, & colli-
gat lilia. ut initio diximus, & dein-
ceps repetivimus, quæ fuerunt superiorum
etatum, assumūtur postremis temporibus,
& saepe in eandem expositionem veniunt.
præsertim quæ sunt sextæ etatis, ut sapè
alibi ostendimus, exponuntur, secundum
illa, quæ fiunt in postrema: quia quæ fu-
tura nuntiantur, & quæ fiunt nuntiata
non diversam habent expositionem. Er-
go exponemus hoc caput, ut quæ nuntiata
sunt sexta etate, & quæ fiunt in fine illi-
us. Dicimus ergo Christum, qui venturus
fuit in secundo adventu, ut restitueret o-
mnia, invisiſſe antè etate sexta Ecclesiam
suam: reliquias, quæ fuerunt Ecclesie Apo-
stolice. ad areolas aromatis, ad
nuntiandam messem, ad nuntiandum ju-
dicium, sive dicas venisse ad eam Ecclesi-
am, per quam nuntiavit judicium suum
parari, & propè adesse, ut exequatur. ut
pascat

pascat in hortis, ut prædicet Evangelium,
quò cocant Ecclesiæ, ut fiat restitutio Apo-
stolicæ: & colligat lilia, revocet in suū re-
gnum omnia regna. Hæc ergo ita intelli-
genda sunt, ut sint nuntiata tota ætate
sexta ab Abbatे Joachimo, & ab aliis de-
inceps usque ad Lutherum, quando cœpta
sunt fieri.

2. Ego dilecto meo, & dilectus
meus mihi, qui pascit inter lilia.
Tunc nuntiantibus novis Prophetis inno-
vationem, & restitutionem omnium: &
hoc tempore innovata predicatione Evan-
gelii, qui sunt ex vera Ecclesia adhaerunt,
& adhaerent Christo: oves Christi, vocem
ejus audiunt. veniunt in corpus Christi,
ut in eo patiantur, & ut in eo glorificen-
tur, dum pascit inter lilia, dum per regna
prædicatur ejus Evangelium, & peragitur ju-
dicium cœptū à domo Dei. ut illud suscipia-
tur, & ipse rex, & Dominus cognoscatur.

3. Pulchra es amica mea, sicut
Thirsa: decora ut Jerusalem,
formida-

formidabilis, ut acies vexillatae.

Incedentes vexillis erectis. Illæ Ecclesia, quæ audierunt verbum Evangelicum, & Propheticum pulchrae, & vera sponsæ Christi nuntiantur, quæ audierunt quidem tempore novorum Prophetarum, quæ hoc tempore. Pulchrae fuerunt eandem veritatem Catholicam retinentes, amicæ Christi sustinentes patienter afflictiones, & vexationes: decoræ in eodem fidei cultu perseverantes, & precepta observantes: formidabiles, ut acies vexillatae fortiter pugnantes pro Christo. Et quoniam agitur de Ecclesia Catholica, etiam possumus recognoscere. ipsam Ecclesiam ductam ab Adamo Pulchram, amicam sicut Thirsa in circumsione, decoram ut Apostolica, formidabilem, ut quæ fuit tempore novorum Prophetarum, & secuta est, & nunc pugnat contra Antichristum. atq; tandem attolluntur vexilla, aderunt mille milium pugnantium verbo, & armis contra Antichristum.

4. Averte oculos tuos coram me (a cōspectu meo) quia ipsi efferrum

ferum reddunt me. capillus tuus
est sicut grex caprarum, quæ se
proponunt spectandas ē (monte)
Galaad. Ecclesie Catholica danda est
victoria, ut appareat pulchra, vera Eccle-
sia, & non falsa. perstittiſſe in Christo, &
non defecisse, fuſſe ſemper eadē & in bel-
lo, & in pace. quare dabitur ei ut obtine-
at victoriam, & ſit formidabilis omnibus.
Et quoniam fuit contentio tota etate ſe-
xta de vera Ecclesie, & eft nunc in poſtre-
mis diebus, proponit Christus ſe oſtentarū
Evangelicam veram. ut fiat deinde judi-
cium contra non veram. contra quam ve-
niat vera vexillata. & ut Ecclesie lauda-
vit Christum capite superiori; & probavit
preter ipsum neminem poſſe eſſe caput Ec-
clesie, nec qui poſſit venire in comparatio-
nem cum ipſo. ita Christus laudat Ecclesię
ſuam, cujus ſimilis nulla aliae fuerint. lau-
dat vero & probat eam veram excurren-
do partes corporis, in quibus indicat virtu-
tes, quæ fuerint in Ecclesiis ſingularum &
tatum, ut eadem virtutes omnes inveniri
debeant.

debeant simul in ea, quæ sit vera Catholi-
ca. ostendit ergo se Ecclesia qualis sit in oculis,
in luce fidei. lux creabatur primo die,
ut ætate prima in Abrahamo lucem fidei
cognoscamus. qui in spe præter spem credi-
dit. qui etiam obtulerit filium suum Deo
hostiam. Isaac præbuit cervicem suam Do-
mino. Jacob luctans totam noctem vicit
angelum luce fidei. inducta nunc magna,
& horribili tribulatione credet vera Ec-
clesia se vi fidei obtenturam, ut Deus è du-
ro lapide educat flumina, ab eo quod vide-
tur fieri non posse: liberentur Evangelici
è magna tempestate inducta per Antichri-
stum. Capillus tuus, ut grex ca-
prarū, quæ se conspiciendas dant
è monte Galaad. Ut procul è monti-
bus conspiciuntur caprae pascentes in monti-
bus; sic semen credentium augebitur ita,
ut conspiciatur obtenturum magna regna.
veluti in AEGypto multiplicati sunt, ut
invaderent regna, & deinceps singulis æ-
tatibus, qui tandem totum regnum mun-
di occupaturi sint.

s. Denies

5. Dentes tui, ut grecx agnari,
qua ascendunt de lavacro: quæ
omnes gemellos pariunt, & ste-
rilis non est inter eas. Preceptum est
in lege, ut edantur carnes animalium, quæ
ruminant, abstineatur ab his, quæ non ru-
minant. hoc est quod alibi precipitur. ut
die nocturno toto tempore vite nostra me-
ditemur in lege Domini. quod semper fa-
ctum est à Sanctis viris. non solum in libris
legis; sed & in Prophetis: non solum in le-
ge, & Prophetis; sed & in Evangelistis, &
Apostolis, & in Apocalypsi: nec solum in
his; sed & in novis Prophetis. quia verbum
Domini, & opus Domini est in Ecclesia, &
populo Dei in generationem, & genera-
tionem. Et dum dicitur grecx agnari, in-
telliguntur sacerdotes, & ministri verbi in-
primis, qui debuerint semper esse attenti,
quidnam nuntiet, & efficiat Dominus sin-
gulis etatibus. Et si usquam debuerunt sa-
cerdotes esse attenti in his, quæ agit Domi-
nus & nuntiat, debuerunt fuisse Hebrei
tempore Christi, qui illis præcipiebat, ut
scrutare.

scrutarentur scripturas. item qui ascenderunt de lavacro, Apostoli, & qui baptizati deinceps fuerunt. & qui fuerunt tota sexta etate lavati, & mundati in nova predicatione. maximè autem debuimus esse attenti nunc in secundo adventu Domini, ut cederemus ruminantes, contemplamur in scripturis agi nunc quæ sunt adventus Domini, praedicari Evangelium, quod predicavit Christus, & Apostoli: efficiens que scripta sunt in Prophetis de secundo adventu Domini, & de judicio. quod ut evadamus monet Jeremias, & Sophonias clamantes. scrutamini vos ipsos, antequam decretum pariat diem. Ecclesia jam Catholica hac agit, scrutatur in quaetate quæ agat Dominus ex his, quæ nuntiavit, quod verbum novum afferat, & opera. ut nunc innovatur predicatione Evangelica, in qua lavamur; & dum exurgimus ex hoc lavacro, debemus advertere reliqua opera Christi. quod facit Ecclesia Catholica monita à Petro capite tertio Epistole secunde. us percepientes ministri Evangelii cum doctrina Evangelica Propheticam, pariant ge-

mellios fideles doctos in utraque doctrina
Evangelica, & Prophetica. nemo sit, qui in
utraq, non sit institutus. nemo sit, qui non
instituat similiter alios in utraq, nemo sit,
qui non agat opus utriusq, doctrinx, non
prestet, quæ docet & præcipit Evangelium:
non prestet quæ monet, & præcipit omnis
Prophetia. ut tota Ecclesia sit docta, &
actuosa, sint docti, & actuosi omnes in
ipsa. & haec sunt vera, & Catholica Ecclesia.

6. Sicut fragmē mali punici, sunt
tempora tua intra comā tuam.
Intra comā tuam, intra tot facultates qua-
datæ sunt in Ecclesia doctrina Evangelii-
ca, & Prophetica, & aliarum multipliciū,
quas enumerat Paulus scribens Corinthi-
is, illa ex omni parte luceat, quæ sit chari-
tatis, & unionis. sint in utraq, parte fron-
tis pars dimidia mali punici. medietas in
una parte, medietas in alia frontis. ut sint
vivum exemplar unitatis, & charitatis,
quæ debeat esse omnibus se partē Ecclesia,
& membrum profitentes; ac ipsi sacerdotes
in charitate maximè probent apud se esse
Ecclesi.

Ecclesiam, & se esse ministros Christi, atq;
hujus versiculi expositio fit in Apocalypsi
in his, que dicuntur de Ecclesia Ephesina,
que prædita fuerit omnibus facultatibus.
veruntamē quia defuit charitas, non cen-
seatur Ecclesia.

7. Sexaginta sunt regina, &
octuaginta concubina, & adole-
scntularum non est numerus.

Sunt mihi inquit sponsus, quæ dominate
sunt superioribus sex etatibus. & plures ad-
huc nunc sunt, dum contentio est de vera
sponsa, dum regnū adhuc non est partum, ut
fiant nuptiae. & hæ nō ea autoritate sunt
ut superiores, dum non erat contentio. sunt
præterea parvula, novæ, quæ quotidie in-
surgunt. In reginis existimo intelligi Ec-
clesias, quæ fuerunt in regno Iuda, ut com-
memoratur cap: 2. Osea. in concubinis, quæ
in regno decem tribuum, ut cap. tertio. in
adolescentibus quæ nunc sunt, & future
sunt usq; ad regnum Christi constitutum.

8. (Verū) una est columba mea,

immaculata mea, unica est ma-
tri sua, electa genitrici sua, vide-
runt eam filiae, & beatam dixe-
runt eam, regina, & concubina
laudaverunt eam. Veruntamē una
est pradita doctrina Evangelica, & Apo-
stolica, & reliquis facultatibus, praecepit
aurē ipsa charitate, casto amore, & probata
dilectione. immaculata, quæ virgo di-
citur capite 14. Apoc: nullum aliud caput
cognoverit, adoraverit, quam Christū. uni-
ca est matri sua, sola imitata sit Apostolik-
cam. electa genitrici sua, comprobata sit
ab omnibus filia Apostolica. talis erit, ut
omnes aliae Ecclesiae, & superiores, & nova
veluti qua quotidie insurgunt, cogantur
illam laudare, & se illi adjungere, ut sint
omnes una. Et hic existimo ago de specie
externa, quod quantum ad speciem exter-
nam attinet, fuerint in superioribus atati-
bus macula, ut regina, quæ reprehenditur
cap. 2. Osea, & concubina cap. 3. ut quare-
prehenduntur cap. 2. & 3. Apoc: Verun-
tamen-

tamē in absconditis notis Domino, fuerint
semper jam ab Abrahamo, sive antē qui
habuerint illa, quae sunt unius columba
DOMINI.

9. Quae est ista, quae videtur ve-
lūt aurora, pulchra ut luna, mū-
da ut sol, terribilis velut castra
cum vexillis. Ergo Ecclesia omnes hū-
dabunt, & habebunt hanc veram sponsam
Christi, quae exurget ex urgente Christo in
regnum suum. apparebit pulchra ut luna,
ut Ecclesia Apostolica. munda ut sol, in qua
habitabit Christus ipsam illuminans, &
perficiens, ut dicitur de Apostolica cap. 12.
Apoc: vestita sole, terribilis apparebit do-
ctrina, vita, & exemplo ejiciens alias mi-
nus dignas. veluti castra cum ve-
xillis. obtinebit victoriam de falsis Ec-
clesiis, de tyrānis bella cōtra se gerentibus.

10. Ad hortum nucum descen-
deram, ut viderem fructus con-
vallis, ut viderem an floruisset

vitis, & floruerint mala punica.
Videtur Ecclesia ventura Catholica respon-
dere pueris se admiratis, quod tam pul-
chra, & magna facta sit. Ait se descendisse
ad hortum nucum, ad Ecclesias, & loca, ubi
percutiuntur, & non tamen perduntur cit-
dentes: se perseverasse in afflictionibus,
persestuisse pati cum Christo, qui passus est
iterum pro veritate quam prædicavit. ut
educeretur in apertum virtus Ecclesie sue,
qua haec tenus conclusa fuit: se descendisse
ad tempus, quando libri clausi incipiunt
aperiri in eventis rerum nuntiarum a Pro-
phetis. ut videret fructus convallis, vide-
ret fructus, & opus judicii. an inde flora-
isset, & extitisset regnum Christi, & Ecclesia
Christi. Judicium hic significatur in nuce,
qua solet percuti, ut indicetur judicium in
virga ferrea. apud Mosem in Amigdala
signatur triplex sensus literalis, Evange-
licus, & Propheticus.

II. Non novi, anima mea po-
suit me velut quadrigas populi
mei principis. Dum non putavi, dum
predica

predicaretur Evangelium, dum esset magna tribulatio, dum ageretur de regno obtinendo Christi, de j^e ejus cultu in Ecclesiis, ecce dum non putavi, c^ucurri velat velocissimæ quadrigæ in statu regni Christi, dum ipse descendit in pugnam, Goliadum, & Satanam prosternens.

12. Revertere revertere ò Sulamitis: revertere, revertere, & intuebitur te. Quid videbis in Sulamite? velut chorum castorum. Dum datur aditus ad regnum Christi, ecce credentes summa celeritate currunt: ac sint qui voce revocent eos à cursu: velint nosse causam tantæ celeritatis currentium ad Ecclesiæ innovationem, & regni. respondetur, esse gaudiū magnæ multitudinis currentium ad laudandum ducē, & Dominum, & Deum suum. Hac dicuntur, ut ostendatur quadam celeritas inopinata Evangelicorum pervenienti ad victoriam, & ad regnum Christi. Simili modo loquendi utitur Naum capite secundo, dum

dicitur state, state, pinguibus Ecclesiasticis,
qui fugiunt dum capitur civitas qua fuit
presidium ipsorum tyrannidis, qui tamen
non respondent, accelerantes fugam timo-
re inimici.

C A P V T . VII

NO N est nunc, ut repetam ordinem
ductum à principio, ut feci in su-
perioribus capitibus. quia statim
in initio interpretationis capititis de illo a-
gemus, ipsum repetendo à posteriori tem-
po re recurrendo ad primum. Pro argumento
autem dicamus exponi prædicationē secun-
di adventus adducente Christo Ecclesiam
suam, quam describit, quemadmodū fuerit,
per singulas eratas recurrendo ad primā.
ut illa, que fuerunt omnibus cætatis in
singulis, omnia nunc debeant esse in hac,
qua nūc datur sponsa Christo omnibus aliis
ingredientibus in hanc unam. nec sit di-
stinctio, nec sit nisi unū opus Christi, unus
status, ut persicantur omnia ab uno Chri-
sto in Ecclesia una.

1. Quam pulchri sunt pedes tui

ina

in calceamentis (calceati) filia
principis? junctura feminū tuo-
rū sunt velut monilia, opus ma-
nuum artificis. Sive Ecclesia hīc in:el-
ligantur, quæ tandem coēunt in unam Ec-
clesiam in magno & publico concilio, post
partum in populo Christiano regnū Christi:
quæ Ecclesia sit in Apostolicam innovata;
hanc laudant præse, & præ aliis illæ, quæ
fuerint antè in visibili Ecclesia præter il-
lam primam Apostolicam, ad quam ipsa po-
strema informata sit: sive sit sponsus, qui
repetat laudes sua sponsæ; illud mihi vide-
tur hīc ad verti oportere, quod dicitur vi-
disse Jacob in scala, quæ tangebat cœlos, An-
gelos scilicet ascendentes, & descendentes
in ea. ut in statu tertio habita scala aper-
tionis librorum, ascendant contemplatores
divini verbi per illam, & descendant ut
opera Dei, & verba Dei contemplentur per
gradus, tempora, & etates ab inicio mundi
ad finem usq;. & item conspectis omnibus
peractis in novissimis diebus, & verbo tra-
ctatis, recurrent ordine persuas generatio-

nes, & verba Dei, & opera Dei suis tem-
poribus peracta usque ad prima initia.
Exempla de hac re posuit, jam sunt aliquot
anni, in prefatione in Prophetas. Ita con-
templati sumus Filium Dei Christum Jesum
ab initio mundi in sua Ecclesia, ut in initio
Genesios, & cap. primo Apocalypsis, & in
libro de cœna Domini, & alibi. item Eccle-
siam ipsam cap. 2. & 3. Apoc: Ita plurima,
qua sunt divini cultus, ut appareant, &
cognoscantur Catholica. Similiter mihi vi-
detur fieri in hoc libello. Capite quarto à
parte superiori corporis dicit sponsus initi-
um laudum sua sponsa, & illas persequitur
descendendo. In hoc autem capite dicit ini-
tium à pedibus, & consurgit ad superiores
partes. ut laudet Ecclesiam ornatam byss-
no candido, innovatam in novissimis die-
bus, & ascendat ad Ecclesias superiorū ata-
tum usq; ad primam contemplando eas, uti
fuerint idem cum hac tanquam unum cor-
pus sibi in omnibus partibus consentiens,
ut diversi corporis diversa membra. Hanc
in mysterio habuimus, consignificatam ab
initio, configuratam in Moše, quam intu-
endo

endo Paulus Spiritu Prophetico descripsit:
quæcūq; conspicietur postremis temporibus li-
bris apertis sua clara forma, & virtute, &
operatione, hanc intuiti sunt patres ab ini-
tio, & deinceps, qui Spiritu vixerunt, ac
membra ejusdem Ecclesiæ fuerunt. Qui
erunt in postrema etate tanquam pedes su-
stinentes corpus Ecclesiæ superiorum tem-
porum, quæcunq; fuerint doctrinae, sancti-
monia vita, cultus spiritus, & veritatis; o-
mne repetent, ducent, & portabunt secum
ascendendo, & descendendo per omnes etan-
tes, & Ecclesiæ superiores, per pios docto-
res, per Apostolos, Prophetas, Mosem, Pa-
triarchas: & conferent, & comportabunt
in septimam etatem. Hinc pedes hi, qui
per prædicationem portabunt per omnes ter-
ras, quæ fuerint Ecclesiæ Apostolicae omniū
Sanctorum Patrum secundum unum Dei
præscriptum viventiū, & sentientiū, dicti
sunt beati ab Isaia. & hic pulchri in cal-
ceamentis. in præparatione Evangelii in-
quit Paulus. hi inquam prædicatores erunt
Ecclesia illa fida principis ipsius Dei sponsa
Christi. Junctura feminum tuorū

sunt.

sunt velut monilia. Laudatur firmamen-
tū, quo moventur crura ad ambulan-
dum, ad prædicandum, ad pariendum cre-
dentes. quod firmamentū sit situm in su-
perioribus partibus in Apostolis, & Prophetis.
& dicitur firmamentū junctura, quod
sit doctrina, & vita cum superioribus ut
dixi. & junctura dicuntur veluti monilia,
quod que prædicabuntur sint eadem tan-
quam insignia, & divina Sancti Dei ver-
bi, femina videntur dici potius, quam fa-
mora, quia respicit prædicatio partum filio-
rum Dei plurimorum, qui sunt futuri in Ec-
clesia tanquam pretiosi lapides prædicti fa-
cultatibus Spiritus Sancti. opus manu-
um artificis. Et erit prædicatio, ita
operatio, & administratio tanquam mini-
strorum Christi, & DEI Patris, tanquam
Panli, & Apostolorum. & hic mihi viden-
tur indicari tempora novorum Prophetarum,
ut que horum sunt, & superiorū con-
ducantur in prædicationē septima etatis.

2. Vmbilicus tuis crater rotun-

dus,

dus, qui non indigebit tempera-
mento: venter tuus acervus tri-
tiorum, septus liliis. In umbilico
cap: 16. Ezech: signatur nova ipsa regene-
ratio per circumcisio[n]e in expoliatione car-
nis, & per baptismum in mortificatione, &
exuscitatione in novum hominem. ut in
baptismo Christi, ubi sit crater, mare, vo-
cans ad fidem, & baptismum omnes in to-
to orbe mortales ad æternam vitā. ubi nō
opus erit alio salvatore, & mediatore, &
mediis ad salutē. sive ubi sint omnia, que
requiruntur ad salutem, & beatam ater-
namq[ue] vitā. Et hic crater est crux, in qua
pependit in medio terrarum ipse salvator,
è cuius latere manavit sanguis, & aqua.
& hic est illud mare. in quo ablununtur cre-
dentes. quod Ecclesia juncta Christo in suis
medium id recipiat, ut regeneret creden-
tes. venter tuus acervus tritico-
rum, Prater sacramenta data Apostolis,
& collata ab Apostolis cuig[ue] credensi, fue-
rūt in ipsis horrea tritici, copia divini ver-

bi, ut pascere possent non solum Aegyptum;
sed omnes omnium terrarū esurientes, &
expetentes qua sunt beatæ vite in D E O.
Septus filiis, quod verbum erit irrepre-
hensibile, munitum firmis authoribus, Deo
ipso, Patre, Filio, & Spiritu Sancto, posse-
fōre, & dominatore cœli, & terra: confir-
mante illud per magnum judicium in effe-
ctione illius.

3. Duo ubera tua sicut duo hin-
nuli gemelli capreæ. Continet Eccle-
sia Apostolica veritatem umbrarū, & spiri-
tum ostendentem ventura, qua duo anti-
qui patres exsuxerunt in semine Sancto
per Spiritū Sanctum, & pasti sunt usque
ad complementū corporis Ecclesie, quod com-
plementum præstabatur in primo adventu
Domini, & secundo comparatis daobus hin-
nulis immolatis in sacrificiū. gemellis qui-
dem, dum Christus crucifixus in primo ad-
ventu incorpore sumpto ex Maria virgi-
ne, & in secundo crucifixus in membris su-
is, quibus constat Ecclesia in quo duplice ad-
ventu continetur salus obtainenda in cœlis
eternis,

æterna, & in terris in liberatione ab Antichristo, & ab omnibus adversariis, & à Satana. Quos duos adventus habes descriptos in Prophetis, & Evangelistis, & expositos ab Apostolis, & apertos, & obtētos in eventu, & effectiōnibus utriusque adventus. Et de his agentes prædicatio Evangelica, & Propheta sicut duo hinnuli saliunt super regna, & depascunt ibi, dominantur ubique.

4. Collū tuum sicut turris eburnea: oculi tui sicut piscina in Eskon ad portam filia principum (seu multitudinis) nasus tuus, ut turris Libani speculans faciem Damasci. Obtinet Ecclesia collum sicut turris: continet plenitudinem, & altitudinem verbi Dei: continet libros Mosaicos, in quibus sunt opera Dei, mysteria verborū Dei, præterita, præsentia, & futura, legem, Evangelium, & ipsam Prophétiam, quam hic in primis intelligo, unde emanat prædicatio æterni Evangelii. Quicquid

quid jam promit buccina una consequens
& perpetua Ecclesiae, ab ejus principio usq;
ad finem, collum Ecclesiae est velut i turris, quae
continet verbum Dei, ut inde quod promit
tur & profertur, sit defensio contra hereti-
cos, & impios; sit Salus, & vita: sit colo-
mna lucis filiorum Dei currentium cursum
mundi in aeternam celorum patriam. sit illa tur-
ris eburnea, perpolita per expositionem secun-
dum veram analogiam, ut veritas omnium
ostendatur in effectione, & eventis: ut hac
propriè respondeant verbo Dei in omnibus
sanctis scripturis. Oculi tui sicut pi-
scina in Eson ad portam filii
principum sive multitudinis. Ibi
abluuntur oculi, ut videant divina myste-
ria, ut fiat judicium de omni re. quia ex Ec-
clesia prodit exposicio mysteriorum Dei, &
doctrina vite, & disciplina filiorum Dei, &
judicium de omni re in administratione.
Nasus tuus sicut turris libani
tollens aspectum contra Damas-
cum. Vos judicabitis ait Christus duo-

decima

decim tribus filiorum Iſraēl. est iudicium
Dei in Ecclesia: est virtus Evangelii in Ec-
clesia ad salutem omnium credentium. Et
est ira Dei adversus omnes adversantes di-
vina legi. ut se ostendet in civitate Cerbo-
nica. quæ cùm diu magistra fuerit impie-
tatis. etiam jam diu fuit iudicium paratum
contra ipsam. & in omnes alias civitates
illam sequentes adversariam Ecclesiam Chri-
sti. ut in his postremo tempore puniantur
peccata priora omniū. qui venerūt cōtra di-
vinū cultū. qui fuit perpetuus Ecclesia Dei.

5. Caput tuū super te velut Car-
melus (coccinum) & coma capi-
tis tui sicut purpura (& est ve-
lut) rex stipatus (ligatus) cana-
libus (tignis) In Abrahamo possumus
contēplari caput Ecclesia. quod sit ipse Chri-
stus semen Sanctū. quia dicitur. caput su-
per te. ut intelligatur Christus. quem vidit
Abraham. & gavisus est. in quo Abraha-
mo facta fuit promissio cùm ante. tum in
circuncisione ipsi. & omni posteritati fideli-

K um

um ferentium signum, quod sint semē san-
ctum, circuncisionem primum, post baptis-
mum: quiq; veniant in templum Dei: quod
est Christus, ut sint corpus ejus, ac in ipso
benedicti, & sanctificati omnes.

6. Quām pulchra es, & quām
jucunda, avnor in delitiis. summo-
pere dilecta. Postquam per partes laudavit
Ecclesia, laudatur generatim, quod sit pul-
chra, id est, haec, quæ exposita est, sit vera Ec-
clesia Christi. Una, in quā veniat qui sunt
membra veræ Ecclesiæ. non una unius tem-
poris, quæ aliter sit, quām haec, quæ descripta
est. illa erit, in qua habebitur salus. quæ
erit dilecta Deo, & vera sponsa Christi.

7. Ipsa statura tua assimilata
est palme, & ubera tua botris.
Hac erit inquā vera Ecclesia, quæ una sem-
per erit: non deflectet ab Apostolica: ab ea,
quæ fuit in patriarchis, quæ fuit in myste-
rio consignata, ut ait Paulus: & hæc docet,
quæ sunt Apostolorum, & Prophetarum: in
septima aetate fert victoriam de omni-
bus adversariis: afferet nobis fructus, &
promissa

promissa in Prophetia, & in Evangelio.

8. *Dixi. ascendam in palmam,
apprehendam ramos ejus: & e-
runt nunc ubera tua, sicut botri
vitis, & odor naris tua sicut ma-
lorum. Cùm talis sit vera Ecclesia, ut ha-
c etenus descripta est, quacunque erūt Eccle-
sie, debebunt coire in hanc unā, ut sint una
cum ipsa. Quaque dicat ascendam iu pal-
mam, apprehendam ramos ejus: siam ramus
in ea, non ero tota ea: & tunc erunt una in
illa, quando docebunt eadem Prophetica, &
Apostolica: quæ deducantur ab una Abra-
hami, ab una Apostolica in similiter credē-
tes, ut perveniat ad maturitatē vineæ,
quando bibetur ex eodem calice, quem ex-
hibuit Christus Apostolis, exhibitus &
perpetualitiae in regno Dei. ut deducan-
tur fideles per verum judicium Ecclesie ad
Paradisum. de quo dicitur. Victor dabo
edere ex ligno vite, quod est in medio Pa-
radisi. Quod verum judicium erit, quando
Ecclesia nullū caput habuerit præter Chri-*

stum: non proponet alium doctorem, quam
Christū: non aliam doctrinā, quam Christi.
9. Et palatī tuum sicut vinum
optimum, vadens ad dilectum
meum directe. Sensus cuiusq; veræ Ec-
clesiae est amplecti Christum, sentire quæ
sunt Christi, & quæ non sunt Christi. desce-
dere ab omni Ecclesia Christum aliū, quam
unum cognoscere: ab omni doctore sibi
primas in Ecclesia tribuente, faciente
se Christum, cùm non sit Christus. loquetur
vera Ecclesia, & fidus minister non sua; sed
Apostolorum, & Prophetarum, ut tandem
omnes in Ecclesia sapient, quæ sunt CHRI-
TSI cum primis patribus, & Prophetis, &
Apostolis.

10. Ego dilecti mei (sum) & ad
me desideriū ejus. Quisq; qui est ex
Ecclesia dicat. Ego sum Christi, ut à Christo
suscipiatur, & diligatur. quod facient qui
verum sensum Ecclesiæ tenuerint, ut dice-
batur in superiori versu. nam Apostoli, qui
verum sensum Christi tenuerunt, non di-
xerunt:

xerunt: sum Pauli, sum Petri, sed Christi.

11. Veni dilecte mi: egrediamur
in agrum: commoremur in illis.

Quando Ecclesia neverunt veram Ecclesi-
am, ad eam se conferunt unam in ea solum
Christū habent caput. tunc Christus adest.
veniunt in campum, in latam terram ex
locis angustis, & tenebris. constituunt sta-
tum populi Dei: obtinent victoriam. agunt
qua sunt status Christi, & Ecclesia.

12. Mane surgamus ad vineas:
videamus, an floruerit vitis, an
apparuerit uva parva, ibi dabo
ubera mea (amores meos) tibi.

Quando inquam Ecclesia bene convenit cū
Christo, ut ipsum caput ipsa tota coacta ha-
beat; tunc extant Ecclesia bene constitu-
ta, tunc habent initia, & progressus, & sta-
tum bene constitutū. tunc fiunt qua sunt
Christi: tunc vera datur doctrina Aposto-
lica, & Prophetica: tunc vera sit fidelium
cum Christo conjunctio.

13. Mandragora dederunt odo-

rem: Et juxta januas nostras omnia suavia, (optima) nova, Et vera dilecte mi servavi tibi. Et videbimus, an mandragora dederint odorem suum, efficiemus, ut pariantur deinceps omnes veri fideles Christi. Ecclesia parviant non nisi fidos ministros, qui sint filii Jacob, qui spiritu Christi ducantur, non autem suo. In statu politico sunt omnia pacata, & tranquilla, dum Ecclesia parit fidos populos, & fidos principes, & judices, & magistratus. Nova, Et vetera dilecte mi servavi tibi. Quodcumque verbum & legis, & Evangelii, quod fuit ante, & quod nunc est Propheticum, tuum esse fatemur. quodcumque regimen, & administratio fuit ante, ita nunc tibi tribuimus, tua, & nostra tu principium, & finis, tu primus, & novissimus. nemo nostrum dicet. Ego quidem sum Pauli; ego vero Cepha: sed omnes, ego sum Christi. Recte in fine ponitur confessio errati, ac datur Christo gloria hic, & in fine octavi capituli, quia hacten

nus in visibili Ecclesia est semper aliquo modo erratum, ut excipiam Ecclesiam Apostolicam. ut monemur cap. 1. & 2. & 3. Osea, & 2. & 3. Apoc: In Levitico cap 26. decretum posuit Deus, se non aversuru mala, ni confiteamur peccata nostra, & patru nostroru. hinc videmus, & sentimus nunc tanta mala. quia non consitemur nos declinasse à Christo nunc ad tyrannos, & impios, nunc ad falsos Christos. esse principes, & magistratus, qui Christum non admittant: esse Ecclesias, quæ præ se alias contemnunt, gaudeant sibi subjici omnes, & omnia. Et hi omnes monentur hic de decreto illo Dei, & quid facturi sint, qui ingressuri sunt in regnum Dei, & futuri Ecclesia Christi.

C A P V T VIII.

 Eptem capita hactenus sunt posita, in quibus comprehensa est Ecclesia septē atatum. quæ in septima obtinuit, ut regnet cum Christo, additur octavū caput, ut mihi quidem videtur, propter gentes omnes, & Hebraeos, qui venturi sint in eandem Eccle-

siam Christi: & quia novus status futurus
sit in mundo dominante, & administrante
Christo, & Ecclesia. Repetuntur autem que
in fine superioris capitum constituta sunt de
Ecclesiis revocandis ad unam Apostolicam,
& Catholicam: atq[ue] in hac confirmandis, ad
cujus formam revocabuntur & quaerentur
ex Hebreis, & ceteris gentibus, ut omnis
mundus sit sub uno ovili, & uno Pastore.

I. Quis det te, ut fratrem mihi,
fugentem ubera matris meae? in-
veniam te foris: osculer te, etiam
non contemnere me. Postquam Ec-
clesia in unam Catholicam venit, unum ca-
put Christum cognoscens; ipsum vult dari
sibi fratrem: ipsum vult recognoscere nunc
natum sibi. ut narratur cap. 9. Isaia, qui
fugat ubera matris Ecclesia. hoc est qui nunc
nascatur; ostendat se, & prabeat se nobis
regem. qui sit puer ille, quem concepit, & pe-
perit Prophetissa ad festinandum, & acce-
lerandum predam. Is: 8. Invenire vult eum
foris sponsa, in loco tuto, & spatio, ut ante
dicebat, commoremur in valle: non intra
carcerum.

carceres, & vincula vult cum habere. vult
cum osculari, gratulari sibi ipsi, & illi de il-
luis adventu: illū suscipere, qui sit sibi rex:
arg^o, non contemnatur ultra ab adversari-
is, & a familiaribus: qui irriserunt, & ve-
xaverunt eos, qui voluerunt adesse Chri-
stum, illum solum habendū caput nunc pra-
sentem, & regem; qui jam diu sit expecta-
rus. Christus post suam resurrectionem, di-
cebat Magdalena. vade ad fratres meos.
nunc apparebit frater, dum confortes hare-
ditatis sue propria nos faciet, ipse primoge-
nitus, nos filii per adoptionem.

2. Ducam te, introducam te in
domū matris mea. (ibi) docebis
me: bibere faciā te de vino aro-
matico, & de vino musti malo
granati mei. Contendā ait quaq^z, Eccle-
sia innovata, & adducta in Apostolicam se
effecturā, ut unus Christus cognoscatur, &
habeatur tandem caput Ecclesia, quem unū
tantum habuerunt & Apostoli caput. qui
dicebāt. nunquid Paulus crucifixus est pro
K s nobis?

nobis? nunquid in nomine Pauli baptizati estis. In illa una Ecclesia, in qua fuerit Christus susceptus caput, debebunt doceri omnes, & singuli: singuli, & universi ab ipso, & in ipso Christo habere quae sentienda, & agenda sint. Ibi habebit Christus cultum innovatum, & spiritualem suum: & statum Ecclesiasticum, & politicum secundum ritum, & disciplinam Apostolorum.

3. Leva ejus sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Et haec, quando curabit Ecclesia, & status politicus, erunt tui, & tranquilli in suo statu defensi a Christo, in cuius tutela conquerentur. Et tunc fovebit suum populum in suo complexu Christus: atque sanctificatam reddet in se suam Ecclesiam factam per spiritualem conjunctionem suum corpus.

4. Adjuro vos filiae Jerusalem, ne suscitetis, & ne evigilare faciatis dilectam (dilectionem ipsam) donec voluerit. Quia dixit sponsa. levata ejus sub capite meo, videtur hic sponsus loqui

loqui de sponsa quiescente, & dormiente se-
cura, & rata in defensione ipsius Christi,
in ejus complexu:magna, & firma fide ful-
ta in sua defensione in Christo, ut alia Ec-
clesiae si que sunt, que adhuc non complexa
sint Christū, ut que venturæ sunt gentiū,
& Hebraeorum, sive aliquæ alia dimovere
non debeant sponsam à suo instituto, & fi-
de. sive dicamus, ita erit firma, & certa de
suo beato statu perpetuo futuro, ut nullæ
rationes, seu nulla erit vis, que illā à suo in-
stituto, sive statu dimovere possit. donec
voluerit. nemo illi obstrepet, quid senti-
endum, & agendum sit, aget ipsa docta, quid
erit agendum.

5. Quæ est ista, quæ ascendit de
deserto, innixa super dilectū suū?
sub malo suscitavite. ibi conce-
pit te mater tua, ibi cōcepit, quæ
te peperit. Dum Ecclesia restituitur in-
novata in statum suum, è quo dejecta fue-
rat, non solum ingrediente Papa in vincis
Domini; sed & postremis nostris temporis
bus

bus sapè ejecta ex urbibus, ut vagari co-
ta sit per varias regiones; jam persistet in
statu, qui sibi datur innixa Christo, ac de-
fensa ab eo. Sub malo suscitavi te (inquit
Ihesus) dum ederes de arbore scientia bo-
ni, & malis: faceres te arbore vite. ut Papa
Ose. 6. ut Adam transgressi sunt paetum.
suscitavi te ad crucem, ad afflictiones. Et id
circo fuisti afflicta, & rejecta sine statu.
fuisti nunc ducta in aliquem statum. Et ubi
fuerunt edentes de ligno Ade, ego adduxi
crucem. Nam ibi sub arbore inobedientis,
& superbie concepit te mater tua sub Pa-
paru, ut didiceris fornicari cum alienis. Se-
cuta sunt Ecclesie Evangelicorum aliquae Ro-
manam, ut ad se unam transferrent pri-
matum Ecclesiarum.

6. Pone me ut sigillū, super cor
tuum: ut signaculū super brachi-
um tuum, quia fortis est ut mors
dilectio: dura ut infernus amu-
latio: pruna ejus, pruna ignita:
flamma Dei (vehementissima)

Nunc

Nunc autem postquam te in Catholicam
concessisti, unum Christum suscepisti ca-
put, perfetta in fide, ut sis ipsius tantum;
non alterum agnoscas caput. pone eum si-
cute sigillum super cor tuum, ut nunquam
futurum sit, ut animus tuus deflectat ad
altum. Pone eum ut signaculum super
brachium tuum, ut nunquam jures in no-
men alterius. opus alterius agas. Si me
diligis aut Christus, non abducet te mors a
me; non afflictio, non alia, que memorat
Paulus. Qui me diligit, non abducetur a
partibus Evangelicorum ad contrarias: no
cæreres, non sepulchra inquisitorum: non
iporum ignis, non prunæ, non flammæ, no
lingua flammarum additæ ad majorem
cruciatum.

7. Aqua multæ non potuerunt
extinguere charitatem: neque
flumina inundabunt illam. Si
dederit vir omnem substantiam
domus sue pro dilectione, cont-
mendo contènet eam. Exercitus
multis,

multi, & cœdes universales non abducunt
à me illos, qui me amant, & colunt. non
divitiae, non larga munera, quibus capiun-
tur multi, divellet eum à me, qui meo du-
cetur amore. Ergo id firmum erit. ut una
Ecclesia amet, & habeat Dominum unum.
solum Christum. Et dicemus omnes. Vnus
nobis DEVS Pater, unus Dominus noster
JESVS CHRISTVS. Non sit ultra
dissensio de Ecclesia, & de cultu unius Dei;
de uno Domino, in quo simus salvi, & cui
parere omnes simul debeamus.

8. Soror est nobis parvula, &
ubera non sunt ei. Quid facie-
mus in die, quo fiet sermo de ea?
Dum in his convenerunt populi Christia-
ni; restant jam Hebrei, qui cœperunt ipse
quoque nosse, & complecti suum Messiam
salvatorem. qui iterum inferendi sint in
arbore seminis Abrahæ. Sunt vero adhuc
parvuli in Christo: nec satis adhuc sunt in-
stituti: nec est adhuc in illis illa facultas,
ut possint instituere alios. quibus est prossi-
ciendum, dum sermo, & fama est de eoru[m]
cœpta

cœpta conversione. Sive jam hic aliqui Pa-
pistæ postremi credentes, sive Hebræi, si-
ve Turce, & aliae gentes incipiunt curre-
re, & dicant. Isaiæ. 2. Venite ascendamus
ad montem Domini, & doceat nos vias
suas; erunt illi assumendi, & instituendi.

9. Si murus est, adificemus su-
per eam palatum: & si ostium
sit, muniamus illud tabula ce-
drina. Erit super adificandum super il-
la, quæ acceperint de Christo. ut deducan-
tur & ipsi, ut sint perfecti in Christo: in-
duant puritatem pii cultus. Sint ex Eccle-
sia ornata byssino splendenti. Et si habue-
rint Ecclesiam, sive etiam statum publi-
cum; addantur eis leges, & disciplina, &
judicia D E I. ut vigeat & in ipsis nobis-
cum justitia, & pax sempiterna.

10. Ego sum murus, & ubera
mea velut turres. tunc fui in o-
culis ejus, sicut reperiens pacem.
Et quoniam ante fuerunt, qui voluerunt
esse

esse fundamentum, & murus, & adfiscit
um, Papa, & alii, qui fecerunt se C H R I-
S T O S, & capita in Ecclesiis: fuerunt Ec-
clesiae, quæ voluerunt esse dominae altiarum
Ecclesiarum; ne ita putetur, & agatur ul-
tra, ait Christus se esse murum, se esse
eum, in quo constituitur Ecclesia in suis
initiis, & in suis progressionibus: in se es-
se doctrinam, qua constituatur omnis Ec-
clesia: se esse Thesaurum sapientiae, & sci-
entiae D E I. Vnde omnes habituri sint
sciensiam D E I, & veritatem de D E O,
ac de ejus lege, in qua confirmantur, qui
sunt Ecclesia D E I. & confutentur, qui
non sunt ex ea. Et idcirco ait C H R I-
S T V S se fuisse in oculis sororis parva-
lia: illustrasse mentem sive reliquiarum
Ecclesiae Papisticae, sive Hebreorum, sive
gentium. ut iniaretur pax, & concordia
fieret pax inter omnes: fieret caput unum
Osea primo, fieret unum ovile, & unus
Pastor.

II. Vineæ fuit Salomoni in
Baalhamon: tradidit vineam
custodi-

*custodibus: singuli adducunt pro
ea mille argenteos. Vnde quia solus
Christus est caput Ecclesia, & Dominus
vineæ; ei soli, & non Papæ, non alteri da-
bitur laus, reddetur fructus; reddetur
ratio administrationis, que fuerit secun-
dum Christi prescriptum. Populi sint au-
di DOMINO vinea, non autem ope-
rario, qui habet à DOMINO suam mer-
cedem. Si prius parum fructuum attule-
runt CHRISTO, ministri Ecclesiae, &
magistratus; jam mille argenteos affe-
rent: perfectum facient opus Domini, ut
Sanctus sit populus dicatus Domino.*

12. *Vinea mea, qua est mihi,
coram me est. mille tibi Salomō,
& ducenti custodientibus fru-
ctum. Vineæ est Christi, & non cuius-
que alterius. Et si quis in ea laboret; est
tamen oculus Christi, qui ubique singulo-
rum opus dijudicat. nec iidem sunt fru-
ctus Christi Domini perpetui vineæ, ac o-
perantis in ea ad tempus. Possessio perpe-*

1729144

mus Sacerdos in Ecclesia una tua ducit
Spiritum tuo, & non alio. Sola Ecclesia, in qua
diffunditur tuus Spiritus: Sola illa regna,
& status publicus ductus tuo Spiritu; et
vera Ecclesia, & verum regnum. dicant
ego hi omnes. Ego vero Christi, &
tu Christe regna, domina-
re, & pasce in ipsis.

FINIS.

Errata ita corrigito.

In Epistola pag. 17. Firma. In octonario B.
pag. 6. lin. 5. Ecclesiis. pag. 10. l. 2. qui.
pag. 12. l. 13. Bernardus. pag. 13. l. 22. aliud.
In C. pag. 8. l. 10. quae erat futura. In D. pag.
3. l. 13. Bina. p. 9 l. 7. sum. In F. p. 13. l. 22
Aaronis. In G. p. 11. 23. quorum. p. 13. l. 13.
nec Christo. p. 15. l. 17. excurrat. In H. p. 3. 7.
&. 13. Pauli. p. 5. l. 12. vita. p. 9. l. 6. illa. In
I. p. 2. l. 22. in omnibus se partem Ecclesia. &
membra profitentibus. p. 4. l. 18. agi p. 14. l. 4
liliis. pag. 15. l. 12. Esbon. pag. 16. l. 14. Esbon.

OCN 62459.122